DISPUTATIO JURIS CANONICI
DE

ORIGINE AC PROGRESSU PROCESSUS INQUISITORII CONTRA SAGAS,

QUAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ MARCHIONE BRANDENB.
DUCATUS MAGDEB. GUBERNAT.
&c. &c
PRÆSIDE
DN. CHRISTIANO THOMASIO,
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI
SUBJICIT
DIE XXX. APRILIS M. DCCXII.
H. L. Q. C.
JOHANNES PAULUS IPSEN,
HUSO SLESVICENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
Typis JOHANNIS CHRISTIANI ZAHNII, Acad. Typogr.

A 51712 Fa

Loewy

~~7440~~
~~T432~~
BK
A562723

DISSERTATIO
DE
ORIGINE AC PROGRESSU PROCESSUS INQUISITORII CONTRA SAGAS.

§. I.

SCopus Dissertationis præsentis est, doctrinam sanam de Crimine Magiæ, hactenus crude (a) propositam, alio modo proponere; ut aptior sit ad palatum eorum qui præjudicio auctoritatis nimis adhuc immersi sunt (b). Cum enim ipsi Jovem lapidem jurent, persuasionem de

Scopus Dissertationis, succurrere imbecillitati errantium.

A pactis

(a) Scilicet à Dn. Præside & D Reichio *in hujus Disp. inaugurali de Crimine Magiæ* anno 1701. habita. Crude autem proponi hic voco, si veritas aliqua, quæ communiter hactenus pro errore fuit habita, proponatur cum rationibus etiam palpabilibus & evidentissimis, absque præcedente præparatione ostensionis, vel obiter saltem & quasi aliud agendo factæ unde persuasio communis vere erronea originem & initium sumpserit.

(b) Est hoc præjudicium com-

pactis diaboli cum ſagis eſſe longe antiquiſſimam; & cum ipſa ſi non creatione, ſaltem cum lapſu hominis coepiſſe; & adeo hactenus valde ſcandalizati fuerint, quod alii auſi ſint, rem intuitu totius humani generis per tot ſeculorum decades publicæ fidei, his ultimis demum mundi temporibus, in dubium vocare (c): tentabimus, an iis, aut horum ſimilibus, forte ruborem excutere poſſimus, ſi ad oculum oſtenderimus, perſuaſionem publicam de pactis diaboli cum ſagis deque ejus cum ipſis concubitu & conventibus ſagarum &c., eſſe valde recen-

commune humano generi, ut omnes a nativitate præjudicio auctoritatis ſimus immerſi, & credamus, opiniones communes, etſi maxime erroneas, perpetuo pro veris eſſe habitas, & indignemur illis, qui contrarias aſſertiones etiam evidentiſſime demonſtrant. Recordatur adhuc ipſe Dn. Præſes quid ipſi in ſimili cauſa olim acciderit, cum Pufendorfius immortale illud opus de J. N. & G. ederet, de quo jam dixit *in diſſert. prœm. ad Inſt. jurispr. divinæ* §. 6. & 9.

(c) Pertinet huc potiſſimum ſcriptum Paſtoris cujusdam tum temporis in Patria mea virulentiſſimum, anno 1705. Hamburgi editum; ab Auctore forte bona fide collectum ſub titulo Verworffener Hexen- und Zauber-Advocat. Dolet equidem Dn. Præſes, quod Auctor magno, quamvis vano impetu, veritatem illam *in D. diſſ.* propoſitam aggredi & deſtruere conatus fuerit. Cum vero experientia teſtata fuerit, ejusmodi ſcriptis nil niſi nuditatem erroris communis magis magisq; detegi, & veritatem magis magisque per tales erroris vulgaris promachos propagari; non iraſcitur, ſed potius auctorem & eius ſimiles miſericordiæ divinæ (quam ipſe hactenus per aliquot annorum decades intuitu ſuorum præjudiciorum expertus eſt abundantiſſime,) ex ſincero cordis affectu commendat.

centem, & ætatem diaboli, ex iſta publica perſuaſione, cum ſagis pacta expreſſa facientis, vixſesqui ſeculum excedere (d).

§. II.

Quod autem titulum diſſertationis noſtræ fecerimus de ortu ac progreſſu proceſſus inquiſitorii contra ſagas, ideo factum, ut una quaſi fidelia duas dealbemus parietes, hoc eſt: initio docebimus, perſuaſionem communem & publicam de modo memoratis actis vel agendis diaboli cum ſagis, non fuiſſe receptam ante inſtitutionem proceſſus inquiſitorii contra ſagas; proceſſum autem inquiſitorium contra ſagas oſtendemus incoepiſſe demum ſub finem ſeculi decimi quinti. Deinde probabimus, iſtam perſuaſionem publicam de hiſce agendis diaboli cum ſagis, eſſe adhuc multo recentiorem proceſſu inquiſitorio contra ſagas, & demum, ſi non ſub finem, certe poſt medium ſeculi decimi ſexti ab Inquiſitori-

Ratio tituli & methodus dicendorum.

(d) Quis enim non erubeſceret, niſi omnem pudorem ejuraverit, qui convincitur, errorem aliquem, quem credidit fuiſſe antiquiſſimum, eſſe tam recentem. Notanter vero dico, *perſuaſionem publicam*. Cum autem nulla perſuaſio erronea in momento publica & communis fiat, quæ non antea per ſenſibile aliquod temporis ſpatium, pro diuerſitate circumſtantiarum aliquando valde diuturnum, privata fuerit; inde & infra ſuo loco docebimus, prima initia perſuaſionis illius privatæ de pactis diabolicis cum ſagis, de concubitu diabolico cum iisdem, & de conventu ſagarum; ſed utrumque breviter & quaſi per indicem: cum prolixior & eruditior ejus rei demonſtratio poſtulet volumen aliquod ingentis molis, & tranſcendat terminos diſputationis, quam meditamur, academicæ,

ſitoribus pravitatis magicæ fuiſſe defenſam & propagatam.

§. III.

Cur ſagarum tantum in titulo facta mentio.

Quod vero titulus de ſagis loquatur, non ideo factum, ac ſi vellemus excludere mares a conſideratione præſentis diſſertationis; ſed ut hic aliquid indulgeremus communi loquendi uſui (e), haud dubie a primis Inquiſitoribus originem ducente, ut qui anxie, quamvis ineptis plane rationibus, demonſtrare anniſi ſunt, foeminas præ maribus crimini magiæ eſſe magis obnoxias (f).

§. IV.

(e) Appellamus enim adhuc hodie proceſſum contra magos den Hexen-Proceß.

(f) Vid. Malleus Malefic. Parte I. qu. 6. p. 91–104. Ut præguſtum de hujus auctoribus lector habeat, ſequentia inde excerpimus. Primaria ratio quam afferunt, hæc eſt: dicunt, tria eſſe in rerum natura, linguam, Eccleſiaſticum, & foeminam, quæ medium in bonitate & malitia tenere neſciant. Inde poſt locos communes contra malitiam Eccleſiaſticorum abſque judicio allatos, quos utique in honorem ordinis eccleſiaſtici referre abſtinemus, multa deblaterant contra mulieres: quod mulier ſit neceſſarium malum, naturalis tentatio &c., quod muliebrium vitiorum fundamentum ſit avaritia, quod mulieres ſint incontinentis linguæ, quod minus valeant intelligendo bona quam viri, quod Eva formata fuerit de coſta curva & torta pectoris, quaſi contraria viro; quod *femina* dicta ſit a *fe* & *minus* (riſum teneatis amici) quia ſemper *minorem* habeat & ſervet *fidem*, quod mulieres ſint proclives ad odia, æmulationem, impatientiam, vindictam, inobedientiam; quod omnia fere mundi regna propter mulieres ſint everſa, & quod mundus ſine mulieribus eſſet converſatio Deorum; quod mulier ſit chimæra &c. pudet enim ineptiarum. Obiter ſaltem notamus: a Laicus protuliſſet illud dicterium

§. IV.

Ut vero omne Litigium de vocum ſignificatione tollatur; ſagam definio: quod ſit foemina, pactum cum diabolo faciens expreſſum cum abnegatione fidei, item concubitu ejus utens, & in ſolenni aliarum ſagarum conventu eum ſub ſpecie hoedi vel ſimili apparentem impudicis & turpiſſimis actibus adorans (g). *Sagæ definitio.*

§. V.

Jam ad rem. Videamus, an perſuaſio illa publica de TALIBUS (h) fagis fuerit ante introductum proceſſum Inquiſitorium recepta. Negamus. Ubi quidem jure ſtricto uſi poteramus a probatione negativæ abſtinere. Sed tamen, ut eo palpabilior reddatur error communis, utemur inductione; oſtenſuri: tales ſagas & ſacris literis, & Juri Juſtinianeo, & Juri Canonico, & Legibus Francorum antiquioribus, fuiſſe incognitas (i). *Probatur ſagas non extitiſſe ante introductum proceſſum inquiſitorium.*

cterium, de muliere ex coſta curva creata, non ſine ratione blaſphemiæ fuiſſet accuſatus. At cum illi domini in ſancto actu hæretificationis & ſagificationis conſtituti ſint, ipſis licent omnia.

(g) Conf. *Diſſert.* Dn. Præſidis *de crimine magiæ* §. 12.

(h) Hic eſt momentum totius controverſiæ. Concedimus, magorum utriusque ſexus mentionem fieri in Scripturis, Jure Civili, Canonico &c. Sed negamus uſpiam ibi doceri, quod magi pacta cum Dæmone expreſſa fecerint, ejus concubitu uſi fuerint, conventus ſolennes cum aliis ſagis celebraverint &c. Imprimis autem in ſequentibus ſollicitè rimus de pactis diabolicis.

(i) Unde non curamus fabulas poeticas, Apuleii opera vel Aſinum aureum, & ſimilia ſcripta, quibus valde delectantur in quæſtione de ſagarum exi-

§. VI.

Non in Scriptura Sacra. Quod de talibus ſagis vero nihil extet in Scriptura Sacra, vel inde fortiſſimum argumentum ſumere licebit; quod ipſi primi Inquiſitores contra ſagas conſtituti, ubi de pacto ſagarum cum diabolo loquuntur, ſaltem obiter ex ſcriptura afferant, quod ſagæ pactum fecerint cum inferno & foedus cum morte (k); & quod Theologi ac JCti Pontificii communiter (l) nullo alio argumento utantur pro adſtruendo pacto illo, quam iſto Eſaiæ dicto. Ad quod tamen multiplex eſt reſponſio.

§. VII.

exiſtentia Apulejani illi ſagifices; qui utinam ſemper aurei & non ſæpe lignei eſſent. Conf. Johann Wagſtaff von der Hexerey c. 2. Horatium *Epiſt. ult. in fine.* Senec. *L. 4. Nat. qu. c. 7.* Luciani *Philopſevdeis.*

(k) In Apologia Malleo Malef. præmiſſo. *Mundi veſpere ad occaſum declinante, inſolitam quandam hæreticam pravitatem in agro Dominico ſuccreſcere fecit* (Satanas); *hæreſin inquam maleficarum, a principaliori in qua vigere noſcitur ſexu, denotando. Quæ dum innumeris machinatur inſultibus; hoc tamen in ſingulis, quod cogitatu terribile, Deo nimium abominabile, & omnibus Chriſti fidelibus odibile cernitur, operibus expletur. EX PACTO ENIM CUM INFERNO ET FOEDERE CUM MORTE foetidiſſimæ ſervituti pro earum pravis explendis ſpurcitiis ſe ſubjiciunt.*

(l) Torreblanca de Magia L. 2. c. 6. ab init. *Hoc pactum* (dæmoniacum) *affirmat communis Theologiæ & jurisprudentiæ ſchola cum Propheta D. Iſaia c. 28.* Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. *Quod D. Thomas ſatis probabili interpretatione Magis accommodat, ut & Pontifices Johannes XXII.* in extravag. con-

§. VII.

1.) Enim apud Esaiam est locutio metaphorica, quæ proprie ne quidem de pacto tacito intelligi potest, tantum abest ut de expresso. 2) Thomas, ut infra videbimus, explicuit saltem de pacto tacito. 3) Dubium, an textus hebraicus ibi loquatur de inferno, annon potius de sepulchro, ut contextus ostendit (m). 4) Non magis pactum expressum cum diabolo inde probari potest, quam pactum expressum cum morte (n). *Respondetur ad textum Esaiæ.*

§. VIII.

Novissime tamen Torreblanca (o) novo argumento utitur ex Scriptura S. unde probare vult, dæmones cum hominibus libenter pacta inire, quia Christo Domino ausi fuerint pacti conditionem offerre (p). Etsi enim per id directo non probetur pactum diaboli cum sagis, sufficit tamen, quod exinde probetur diaboli in forma corporea apparentis desiderium pacta ineundi cum hominibus; cum de desiderio hominum improborum pacta *Item ad exemplum Satanæ pactum offerentis Christo.*

contra Magos, *quæ incipit* super specula, *& Sixtus V. in bulla contra Astrologos* anno 1591.

(m) Conf. Pasor. Lex. Græcum voce ἅδης. Nec putes, nos cum iis facere, qui per Scheol hebraicum semper putant intelligi sepulchrum.

(n) Et vel ex hoc solo deberent, qui sagarum existentiam ex Scriptura probare intendunt, cognoscere, quod impudentiores sint quam ipsi Pontificii; cum hi bene cognoverint, terminos *Magorum* in S. Script. sæpius occurrentes non probare pacta sagarum cum Diabolo.

(o) *d. L. 2. c. 6. n. 3.*

(p) Matth. c. 4. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.*

pacta ineundi cum diabolo a nemine, quod credam, dubitatum fuerit unquam; & experientia tantum non, proh dolor! quotidiana istud desiderium probet.

§. IX.

Scilicet, ejus loci interpretationem apud Protestantes esse dubiam.

Haberet utique illud argumentum magnum pondus, si modo hactenus sufficienter probatum fuisset, dæmonem in forma corporea salvatori apparuisse. Jam cum id nondum fuerit factum, liceat nobis cum Theologis quibusdam protestantibus (q) tamdiu de ea expositione dubitare; imprimis cum hactenus a nostratibus pro articulo fidei non fuerit agnita (r).

§. X.

(q) Ita Theodorus Beza *in Luc. 4. v. 5. Hoc videtur satis ostendere, hæc omnia per visionem quandam, non corporali transvectione & ostensione esse gesta. Quomodo nempe humanitus videre potuisset omnia regna orbis, & gloriam ejus in momento?*

(r) Nec de ea quicquam extet in Augustana Confessione. Unde mirarer, qui fieri potuisset, ut propter dubium hoc à Dn. Præside alibi propositum, tantis animorum motibus effervescerent etiam illi, qui alias prætendunt maxime sedatos affectus possidere; nisi constet, eos, qui sanam rationem docent esse abjiciendam tanquam penitus corruptam, non posse non etiam omnem interpretationem rationabilem Scripturæ S. simul rejicere, & sub hoc prætextu imprimis occultare alte radicatum odium erga Reformatos, quoties talibus interpretationibus utuntur. Nos vero credimus, salva coeterum religione Lutherana, posse a nobis retineri interpretationem Bezæ ut piam, aut certe ut non impiam, præsertim, cum insuper non meminerimus, etiam in Formula Concordiæ circa expositionem hujus dicti aliud quid esse ab

Aucto-

§. X.

Porro in iure ciuili nihil legitur de ſagis pacta cum diabolo facientibus, aut cum eo concubentibus, aut conventus ſolennes agentibus. Sedes materiæ eſt in titulo de maleficis et Mathematicis (s), ex quo tamen ne ipſe quidem Petrus Binsfeldius (t), magnus alias fabularum illarum defenſor, argumentum aliquod deſumere auſus eſt (u). *Non in iure Iuſtinianeo.*

§. XI.

Pergo ad ius canonicum. In decreto tantum abeſt, vt defenſores erroris communis aliquid pro ſua ſententia inveniant, ut potius graviter ipſis obſtent in quæſtione quæ de ſortilegio & ſortilegis agit (w) canones duo, alter ex concilio Anquirenſi (x), alter ex Iſidoro (y), deſumtus. *Non in decreto.*

§. XII.

In decretalibus Gregorii IX. (z) nullus titulus de *Nec in decretalibus.*

Auctoribus determinatum.

(s) Vide Jac. Gothofred. ad l. 5. ſeq. C. Theodoſiani de malef. et mathem. Tom. III. p. 121. ſeq.

(t) Petrus Binsfeldius Theologus Treuirenſis *anno* 1591. edidit commentarium in illum titulum codicis iuſtinianei.

(u) Etſi in illo tractatu perpetuo textus iuris ciuilis miſere torqueat ad hypotheſes inquiſitorum magicae prauitatis; etſi in tractatu praemiſſo *de confeſſionibus maleficorum & ſagarum p. 33.* ſeqq. aſſertionem de pacto diabolorum cum ſagis inepte probare velit.

(w) Quae eſt quaeſtio 5. cauſa 26.

(x) Can. Epiſcopi 12. ibid. ubi notentur imprimis verba: *quod qui talia & his ſimilia credit, fidem perdidit &c.* Meretur canon totus vt perlegatur. Et in eo refutando valde ſe torquent ſagifices, de quo infra ſuo loco. Conf. interim Wagſtaff von der Hexerey cap. 4. p. 66. 69. 80.

(y) Can. Nec mirum 14. ibid.

(z) Nam ſextus decretalium,

de ſagis aut veneficis, ſed ſaltem de ſortilegiis. Sed ibi nihil de pacto aut concubitu diaboli cum ſagis, aut de ſagarum conventu.

§. XIII.

Quod & jam ſuo tempore Erasmus notavit

Quæ hactenus de jure civili & canonico diximus, valde illuſtrantur ex loco inſigni Erasmi Roterodami, ubi poſtquam narraverat quandam relationem de mago quodam horrendis ſolennitatibus diabolum conjurante, miratur, unde hoc novum criminis genus, iuri civili & canonico incognitum, noviſſimis demum temporibus ortum fuerit (a).

§. XIV.

item Clementinæ, & extravagantes tam communes quam Joh. XXII, jam ad tempora poſt introductum proceſſum inquiſitorium ab Innocentio III. ſpectant. Interim in his omnibus ne quidem titulus de ſortilegiis extat.

(a) Vide noviſſ. edit. Epiſt. Eraſmi *Epiſt. 91.* anno 1500. ſcripta p. 82. ſeqq. *Quod tandem huic monſtro vocabulum indemus? Nam Chaldæorum, genethliacorum, mathematicorum, maleficorum, Pythonicorum, diuinorum, haruſpicum, augurum, ariolorum, necromanticorum, geomanticorum, ſortilegorum, incantatorum, uti levia nomina nihil etiam ad hujus ſceleris atrocitatem facere mihi videntur -- Et manium quidem conſultores hebræorum leges capitali ſupplicio damnant; imperatoriæ vero haruſpicum & augurum ſuperſtitionem & atrociſſimis verbis inſectantur -- et ipſos ultori gladio, incendio addicunt --: id quod apparet in codice titulo de maleficis & mathematicis, ubi & gloſſema vere, ut Accurſiani loquuntur iſti, notabile, ſed atro carbone notandum: quippe quod haruſpicem pro monumentorum & avium obſeruatore nimis ridicule interpretatur, tum ſacerdotem pro necromantices doctore expo-*

§. XIV.

Neque de pacto & concubitu diaboli cum sagis extat aliquid in legibus veterum Francorum; quin potius & apud hos persuasio hodie communis pro maxime hæretica vel pagana & capitali pœna punienda fuit habita (b).

Nec in legibus veterum Francorum.

exponit; & item alia quædam, nescio magisne barbare an inerudite, omnino tamen deridicule: quæ mihi tamen neutiquam sunt nova, cum toto digesto istiusmodi portenta ita passim occurrant, ut assueto mihi ne risum quidem jam moveant, nedum stomachum. Sed ad rem. Decreta vero pontificia, & item epistolæ, quas decretales vocant, ubi de sortilegiis & id genus damnatis superstitionibus meminerunt, hujusmodi maleficium ne verbo quidem attingunt; sive, quod ea secula ne suspicionem quidem tantæ iniquitatis habuerunt; sive quod, qui ea literis prodiderunt, mortalium auribus parcendum esse putarunt. Obiter & illud noto: in verbis præcedentibus quædam sunt indicia, ac si Erasmus istam relationem saltem secundum quasdam circumstantias non habuerit pro vera: v. g. *Cæterum, ut mihi post visum est, & fere sum hujusmodi famæ perquam avidus. Sed haud etiam conjectura consequor quid genius ille malus captarit* &c. & in sequentibus versic. *Ili Theologus tum frequenti concione* &c. & porro: *Narravit mihi Officialis prodigiosa quædam* &c.

(b) Huc pertinet capitulatio de partibus Saxoniæ *cap. 6. (apud Baluz. Tom. I. f. 251. sequ.) Si quis a Diabolo deceptus crediderit secundum morem paganorum, virum aliquem aut fœminam strigem esse, & homines comedere, & propter hoc ipsam incenderit, vel carnem ejus ad commedendum dederit, vel ipsam commederit, capitis sententia punietur.* Adde *Karolomanni Capitulare secundum an-*

§. XV.

Respondetur ad capitulum ex lege salica.

Et quamvis in lege Salica videatur plane contrarium esse receptum de potentia strigarum (c), adeoque communis doctrinam de eadem in lege Salica jam fuisse confirmata: id tamen hactenus dictis minime obstare potest, quia lex Salica diu ante fuit condita, quam Franci ad Christianismum se converterent (d): unde & frustra in ea testimonium quærit Bodinus (e).

§. XVI

no 743, & annexum ibi *indicalem superstitionum & paganiarum* (*ap.* Baluz. Tom. I. fol. 151.) ubi inter alia inter paganias heydnische Aberglauben refertur *n. 12. de incantationibus, n. 13. de auguriis, vel avium vel equorum vel boum stercore vel sternutatione, n. 14. de divinis* vel *sortilegis*, &c. Item *n. 30.* de eo quod credunt, *quia fœminæ lunam commendent*, quod possint *corda hominum tollere* juxta paganos.

(c) *Capit. 67* Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc est, strioportium, aut qui æneum portare dicitur, ubi striæ concinunt, & convincere non potuerit, 2500. denariis - culpabilis judicetur. Si quis mulierem ingenuam striam clamaverit, aut meretricem, & convincere non potuerit, 7500 denariis - culpabilis judicetur. Si stria hominem comederit, & convicta fuerit, 8000 denariis culpabilis judicetur.

(d) Vide Baluz. & Wendelinum ad legem salicam.

(e) De magorum Dæmonomania l. 2. c. 4. p. 293. ubi ex *d. capit.* probare vult, quod in conventu sagarum quidam sartaginem aut æneum aliquod argenteumve vas deferant, ad festa sua solennius celebranda. Unde potius argumentum invertendum, & dolendum, quod sagifices hodierni a primævo veterum Francorum & Germanorum Christianismo ad pristinas superstitiones paganas ex diaboli deceptione ortas, iterum fuerint relapsi.

§. XVI.

Interim ex iſtis legibus, ut & ex libello Agoberti Epiſcopi Lugdunenſis apparet, iſtas ſuperſtitiones ex paganismo ortas, tam firmiter inhæſiſſe animis populi, ut vix adhortationibus doctorum & legibus pœnalibus inde tolli potuerint (f).

Illuſtrantur dicta ex loco Agoberti.

§. XVII.

(f) Scripſit Agobertus anno 833. libellum contra ſomnia plebis (contre la resverie du peuple) unde ſequentia excerpſit Naudæus *Apolog. pro iis qui falſo de magia ſuſpecti fuerùnt cap. 7. p. 85. edit. Pariſ.* „Credidiſſe ſcilicet illis temporibus populum, eos, qui in primo capit. Capitularis Caroli „M. & Ludovici Pii (parum apte verſio germ. im erſten Hauptſtück der Capittels-Herren der Konige Caroli M. und Ludovici des Gutwilligen) propterea Tempeſtarii ſive immiſſores tempeſtatum appellati fuerint [In cit. loco quidem tempeſtariorum mentionem non invenio; ſed alibi tamen memorantur tempeſtarii vel tempeſtuarii, ut in Capit. Caroli M. de anno 789. *c. 63.* (apud Baluz. *Tom. I. fol. 235.*) in capit. incerti anni *c. 40.* (apud eund. *fol. 5.*), in Capit. Caroli & Ludovici *Lib. 1. cap. 62. p. 713.* & *lib. 6. cap. 374 p. 990.* & in capit. Herardi Turonenſ. *capit. 3. p. 1287.*] potuiſſe „turbare aerem, & pro lubitu „tempeſtates excitare; eamque „opinionem illo tempore valde „communem fuiſſe, quod hi „incantatores per tempeſtates a „ſe excitatas corrumpant fru„menta & fructus agnorum & „arborum, eosque poſtea ven„dant certis quibusdam incolis „neſcio cujus Magodiæ, quot„annis navigia per aerem pa„rantibus, & advenientibus ad „illos tempeſtarios, & fructus „venditos ab his in navigiis per „aerem iterum auferentibus. „Addit Agobertus, quod hæ „nugæ tam firmiter ſe inſinua„verint in animis plebis, ut ipſe „vix potuerit tres viros & unam „fœminam a morte liberare, „cum populus ſibi perſuaſiſſet, „eſſe illos homines cives Ma„godiæ,

§. XVII.

De Johannis Sarisberiensis.

Imo adhuc seculo duodecimo, apud eruditum, pro moribus illorum temporum, Johannem Sarisberiensem Episcopum Carnotensem (g), nulla mentio pactorum diabolicorum & reliquarum nugarum

„godiæ, singulari fato ex navi„bus delapsos, &c. Tandem claudit libellum pulchra hac „sententia: Tanta jam stultitia „oppressit miserum mundum, „ut nunc sic absurdæ res cre„dantur a Christianis, quales „nunquam antea ad credendum „poterat quisquam suadere pa„ganis (scil. ut intelligo, Romanis, conf. supra §. 5. *lit. i.*). Hac occasione tamen liceat nobis ad statum controversiæ supra §. *I. lit. d.* de persuasione publica formatum jam illud addere: persuasionem publicam aliam esse plebis, aliam Doctorum & magistratus. Dum docemus persuasionem publicam de potestate sagarum esse valde recentem, intelligimus persuasionem publicam doctorum & magistratus. Nam persuasio publica plebis apud Germanos haud dubie antiqua & ex paganismo retenta fuit, Quanquam tamen & illud addendum; etiam plebem tum quidem superstitiose multa de potestate sagarum credidisse; nondum tamen de pacto aut concubitu cum diabolo aliquid in illis superstitionibus legi. Unde dicitur *in d. capit. 3.* Hetardi Turonensis, quod in synodo debeant specialiter ventilari causæ, *de ignotis angelorum aliorumque sanctorum nominibus, ut non recitentur. Et de maleficis, incantatoribus, divinis, sortilegis, somniariis, tempestariis, & brevibus pro frigoribus, & de mulieribus veneficis, & quæ diversa FINGUNT portenta, ut prohibeantur, & publicæ poenitentiæ multentur.*

(g) Scripsit sub Friderico I. Imperatore anno 1146. conf. Joh. Baleum *Cent. 4. de Script. Angliæ*; unde summarium vitæ Johannis Sarisberiensis præmissum est ejus Metalogico in edit. Lugdun. Batav. 1639.

rum (h). Quin potius ex eo videre licet, quod illis temporibus ne quidem tanta poteſtas nocendi veneficis fuerit adſcripta a ſagacioribus, quanta ea hodie eſſe creditur (i). §. XIIX

Uti vero exhactenus dictis patet, perſuaſionem publicam, de pactis & concubitu diaboli cum ſagis, de ſagarum conventu, de transmutatione earum in beſtias, &c. ante proceſſum inquiſitorium ab Innocentio III. initio ſeculi decimi tertii introductum (k), animis doctorum & magiſtratuum ſe nequaquam inſinuaſſe; ſed potius fidem talium nugarum pro crimine fuiſſe habitam: ita porro recta ratio oſtendit, originem proceſſus inquiſitorii contra ſagas in novioribus adhuc quærendam eſſe temporibus; partim quia eſt ſpecies proceſſus inquiſitorii, partim quia auctores Mallei maleficarum aperte docuerunt, hæreſin maleficarum illorum tempore fuiſſe inſolitam ſpeciem hæreticæ pravitatis (l). §. XIX.

Origo proceſſus inquiſitorii contra ſagas poſt tempora Innocentii III. quærenda.

(h) Etſi *lib. I. de nugis curial. cap. 9. ſeqq.* agat ex profeſſo de præſtigiis, unde dicantur, quis eorum auctor fuerit; qui ſint magi & unde dicantur, de ſpeciebus Magicæ; quinam ſint incantatores, arioli, aruſpices, pythii, vulticoli, imaginarii, conjectores chiromantici, ſpecularii, mathematici, ſaliſſatores, ſortilegi, augures.

(i) Sic enim idem Auctor *d. L. I. c. 12. p. m. 37. in fine. Horum* (incantatorum) *vero malitia etiam cum plurimum nocent, artificio levi diſſolvitur, ſi videlicet, qui ſuſpecti ſunt, conventi ab aliquo crimen ſuum inficientur*, (ſubintelligo, quod in caſu hujus inficiationis incantatio omnem effectum ſuum ſponte perdat,) *aut, ſi confeſſi fuerint, cogantur maleficium revocare.*

(k) Uti peculiari diſſertatione *de origine proceſſus inquiſitorii* docuit Dn. Præſes.

(l) Vide ſupra locum §. 6. lit k, deſcriptum.

§. XIX.

Respondetur dubiis quibusdam.

Antequam vero pergamus ostendere, circa quæ demum tempora origo processus inquisitorii contra sagas inceperit, removenda prius erunt dubia quædam, quibus videtur inferri posse; vel quod processus inquisitorius in genere sit antiquior Innocentio III., vel quod etiam processus inquisitorius contra sagas jamdiu ante Innocentium III. in usu fuerit.

§. XX.

1) *Quod processus inquisitorius sit antiquior Innocentio III*

Sunt enim qui putant, ab initio Episcopis & dioecesanis id muneris competiisse, ut ecclesias suas ab hæresium labe custodirent, & si quis forte infectus esset, de eo per audientiam inquirerent. Sed primum Innocentium III. delegatæ inquisitionis officium instituisse, ad Episcoporum scilicet nolentium aliis negotiis præferre fidei negotia, supplendam negligentiam (l). Sed hi revera nobis non contradicunt; cum jam alibi docuerit Dn. Præses; non omnem inquisitionem esse processum inquisitorium (m): ut taceam, obscurum esse quid sit per Episcopalem audientiam inquirere (n), & latere hic petitionem principii.

§. XXI.

(l) Ziegl. *ad Lancell. lib. 4. tit. 5. §. 1. p. 956.* conf. quæ disserit Excell. Dn. Böhmerus *in Emend. ad Schilteri instit. lib. I. tit. 19. §. 18. p. 202.*

(m) *in d. dissert. §. 1. §. 3. lit. q. §. 17, §. 20, lit. x. & §. 41.*

(n) Non enim reperitur in titulo *C. de episc. aud.* quod episcopalis audientia inferat potestatem, aliquid circa processum accusatorium, tum unice receptum, mutandi.

§. XXI.

Gravior eſt illa objectio, quod jam ſeculo octavo Bonifacius Germanorum Apoſtolus, a Pontifice inquiſitor hæreticæ pravitatis conſtitutus, multos hæreticos igni tradiderit comburendos (o); ſi modo auctor, qui id aſſeruit non poſt Innocentii tertii vixiſſet demum tempora, & absque judicio res geſtas in ſeculis antiquioribus non ſibi imaginatus eſſet ſecundum mores ſuorum temporum: unde majori jure illud aſſertum negare licebit, cum de eo ſileant ſcriptores fide digniores geſta Bonifacii explicantes. (p) Ut taceam, iſtum auctorem etiam ab aliis jam nota-

2.) Quod jam Sec. IIX. Bonifacius ut inquiſitor hæreticos cremandos tradiderit.

(o) Suppeditavit hanc objectionem idem Excell. Böhmerus *d. l.* ex Johannis de Polda *Chronicis Eccleſiæ Hamelenſis*, quæ vide in *Tom. II. Script. Brunſvic.* ab Ill. Leibnitio editorum, ubi paulo poſt initium Chronici p. 505. auctor ita loquitur. *A. 712- Papa Gregorius ſecundus miſit Bonifacium ad Ducem Pipinum majorem, patrem Caroli M. ut ipſum in primum Regem Franciæ ungeret & conſecraret - - - Hic Bonifacius auctoritate Apoſtolica inquiſitor hæreticæ pravitatis extiterat; unde adjutorio dicti Regis Pipini multos hæreticos, exterminavit, & igni tradidit comburendos. &c.*

(p) Vide Sagittarii *antiquitates gentilismi & Chriſtianiſmi Thuringiaci libro 2. &* 3. qui diligenter omnia collegit ad acta Bonifacii facientia, ſed tamen nihil ibi legitur de eo, quod Bonifacius inquiſitor hæreticæ pravitatis conſtitutus fuerit, aut hæreticos cremandos tradiderit: ſed mentionem ſaltem facit hæreticorum quorundam excommunicatorum *l. 2. c. 7. §. 2. p. 79. 80.* & ibidem *c. 5. in fine p. 137.* ipſe notat: Was die Thüringiſchen Chronicken von Bonifacio fabuliren/ daß er die Thüringer mit Gewalt übe-

notatum esse; quod in gestis Bonifacii non ubique verosimilia attulerit (q).

§. XXII.

3) quod seculo nono & decimo magi & saga combusta fuerint.

Eadem est responsio ad objectionem eorum, qui statuunt, seculo nono ao. 844. tempore Ramiri Regis magos in Hispania igne esse crematos (r): item, quod seculo decimo anno 914. multæ sagæ combustæ sint in territorio Corbejensi (s).

§. XXIII.

Origo processus inquisitorii contra sagas anno 1484.

Jam in viam, & ad originem processus inquisitorii contra sagas. Nullum vero est dubium, quin illa referenda sit ad finem seculi decimi quinti; ubi alius

---

berzogen/ und also zum Christlichen Glauben solle gebracht haben/ ist eine so abgeschmackte Fabel/ daß ich sie nicht würdig geschätzt zu erzehlen/ vielweniger sie zu widerlegen.

(q) Vide ipsum Ill. Leibnitium *in introd. ad. Tom. II. n. 41. p. 46.* Adde iterum Sagittarium *d. lib. 2. & 3.* unde apparebit, falsum etiam esse quod noster scribat, initio Sec. IIX. jussu Gregorii II. Pipinum a Bonifacio coronatum esse; cum ea coronatio demum post medium seculi IIX. sub Zacharia aut Stephano facta fuerit.

(r) Suppeditavit hanc objectionem Torreblanca *de magia lib. 3. c. 13. n. 24. p. 419.* ex Mariana. Idem tamen Torreblanca *ibid. n. 25.* notat, Fridericum II. anno 1222. constituisse, ut hæretici igne consumerentur.

(s) Objectionem hanc suppeditavit Ill. Leibnitius *in introd. ad eund. Tom. II. n. 25. p. 27.* ex Annalibus Corbejensibus (qui definunt anno 1471.) antea a Christiano Francisco Paulino editis, sed ab ipso *in d. Tom. II.* hinc inde interpolatis; ubi ipsemet notanter addidit: *Sagas jam anno 915. in territorio Corbejensium combustas, in hoc eodem Chronico notari miror, neque enim alias observo tam vetustum fuisse morem crudelis credulitatis.*

alius Papa Innocentius nempe IIX. anno 1484. peculiari bulla, Henrico Inſtitori, inquiſitori (hæreticæ pravitatis) in partibus Alemanniæ ſuperioris, & Johanni Sprengero, inquiſitori in partibus Rheni, poteſtatem dedit inquirendi in crimen magiæ, quod illo tempore ortum eſſe dicitur (t), iisque adiunxit quendam Johannem Gremper, &c. (u).

§. XXIV.

Cum tamen non ſit veroſimile, crimen aliquod tam horrendum uno quaſi momento & tam ſubito incrementa ſumſiſſe; & præterea etiam ex illa bulla Innocentii IIX. nondum perſpicue appareat, an & tum ſtatim publica perſuaſio invaluerit de pactis & concubitu diaboli cum ſagis; videndum nunc erit: quibus gradibus pedetentim tam ante, quam poſt bullam illam papalem, perſuaſio hæc ex privata facta fuerit publica & quaſi univerſalis; item, quaenam impedimenta iſta perſuaſio nacta fuerit. Hic vero res paulo altius eſt deducenda.

Quibus gradibus perſuaſio illa de pactis &c. ſagarum publica facta fuerit.

§. XXV.

Conſtat hodie, Judæos inter multas abſurdiſſimas de angelis doctrinas etiam docere, quod Adamus initio cum ſuccuba & Eva cum incubo concubuerit, & quod Angeli Aſa & Aſael cum filialibus hominum gi-

Primus ejus ortus; partim ex Judaiſmo;

(t) Repete iterum locum mallei maleficarum jam ſupra §. 6. *lit. k.* deſcriptum,

(u) Exhibetur illa bulla Innocentii IIX, *in ſeptimo Decretalium, tit. de maleficis & incantatoribus c. 4.* & plenius cum ſubſcriptione præmittitur *ipſi tractatui mallei maleficarum.*

gigantes genuerint (w): neque hæc traditio Judæorum ita nova eſt, ſed jam apud Joſephum ejus veſtigia reperiuntur (x). Unde & poſtea eam ex parte hauſerunt & propagarunt auctoritate ſua patres nonnulli eccleſiæ primitivæ (y).

§. XXVI.

Partim ex Platoniſmo.

Deinde Platonici multa, præ reliquis Philoſophis Græcis, de natura Dæmonum & corporibus eorum aereis, item converſationibus cum hominibus (z), &c. commenti ſunt; quorum phantasmata quædam cum poſtea quidam ex Præcellentiſſimis Patrum Eccleſiæ, qui non raro Platonicam ſectam nimis juſto venerabantur (a), doctrinæ ſuæ immiſcuiſſent, & hoc pacto occaſio data fuit fabulæ de pactis Dæmonum cum ſagis (b).

§. XXVII.

Partim ex fictionibus in vitis Patrum.

Porro patres primitivæ eccleſiæ, ad excitandos alios ad vitam piam & ſanctam, ſcribebant ſæpius vitas ſanctorum. His bona ex intentione, quamvis parum prudente, multas fabulas immiſcebant, de ap-

(w) Vid. Eiſenmengers entdecktes Judenthum *Part. 2. c. 8. p. 413. ſeq. & p. 430. ſeq.*

(x) *Lib. 1. Antiquit. Judaic. c. 4.*

(y) Juſtinus, Athenagoras, Tertullianus, Lactantius, Salom. Gesnerus *Commentar. in Geneſ. p. 145.* ubi ſimul notat, his contradixiſſe Auguſtinum Hieronymum, Chryſoſtomum, Theodoretum.

(z) Vide potiſſimum Jamblichium *de myſteriis.*

(a) e. g. Auguſtinus, de quo mox plura.

(b) Thomas Gale *in notis ad Jamblichium p. m. 310.* ubi agit de theurgia ſecundum diſciplinam Platonicorum, addit; *Negotium perficitur vi pacti.*

apparitionibus & actis diabolicis tam cum ſanctis quam cum improbis. Hæ vero vitæ ſanctorum cum poſtea ab aliis viris piis, ſed parum cautis, nimis commendarentur; inſinuaverunt ſe etiam fabulæ tales; ut de earum falſitate nulla amplius ſuſpicio remaneret (c).

§. XXIIX.

Ad progreſſum referenda auctoritas Hieronymi.

Melioris declarationis gratia liceat ſaltem adhuc pauca annotare de tribus eccleſiæ patribus & olim & hodienum magnæ auctoritatis, Hieronymo, Auguſtino, Gregorio M. Hieronymum magnopere delectatum fuiſſe narratione ejusmodi fabularum, non ſolum vitæ Eremitarum, Pauli, Hilarionis, & Malchi, ab ipſo editæ docent; ſed &, quæ de muliere ſepties icta, de ſua flagellatione in viſione facta ob ſtudium Scriptorum ethnicorum & præcipue Ciceronis, alibi

(c) Commentarii loco ad hunc paragraphum eſſe poſſunt, das Leben der Altväter & das Leben der Gläubigen a Dn. Arnoldo editæ, modo accedat commentator prudens. Nam dedicatio & præmiſſa introductio de vero ſcopo & uſu vitarum patrum, cautelas omnes non exponunt. Majori etiam cum cautela legenda Hiſtorica narratio de vitis Patrum a multis commendatis. Quod enim, *ibid. in* §. *16.* memoratur, vitas Patrum in Papatu per ius canonicum eſſe approbatas, equidem non mirandum. Magis mirandum, qui fieri potuerit, ut a Doctoribus Evangelicis tanto cum conatu commendatæ fuerint iſtæ vitæ; cum tamen diffiteri nemo poſſit, eas multis fabulis eſſe repletas. An veritas autem ad ſui inſinuationem fabulis opus habet? Annon ſcriptura S. ſufficit? Si huic non credunt, quomodo fabulis credent? Et revera vereor, ne pietas, ad cujus acquiſitionem tot fictionibus opus eſt, ſi non tota, ſaltem magnam partem, ficta ſit.

& magna quidem cum asseveratione narrat, abunde testantur (d).

§. XXIX.

(d) Erasmus *in argumento Epist. Hieronymi de muliere septies icta* (*T. I. Epist. Hier. f. 233. edit. Basil. 1537*) *Lusit in hac epistola Hieronymus artificio scribendæ historiæ.* Idem *in argumento Epist. de vita Pauli* (*ibid. fol. 257.*). *Videtur et hic Hieronymus exercitandi ingenii gratia lusisse.* Porro *in argumento Epist. de vita Malchi* (*ibid. f. 255.*) *Lusit & in hoc argumento ingenii exercitandi gratia.* Idem *in apol. ad Jacob. Fabrum.* Contendit (Hieronymus) *alicubi esse Pauli* (Epistolam ad Hebræos) *sed non in hac re tantum* vafer et a se ipso dissentiens Hieronymus, *quem facile crediderim huic fauisse Epistolæ, & ut non omnino abhorruit a Platonis et Origenis sententia,* vulgus aliquando fallendum esse, modo suo fallatur bono; *ita voluisse credi Pauli, quo majori cum fructu legeretur.* Idem *in argumento Epist. Hieron. ad Eustochium de custodienda virginitate* (*d l. f. 134.*) *Prodit* Hieron. *& aperit technas ac fucos virginum, monachorum et clericorum, qui sub prætextu castimoniæ ventri & avaritiæ serviebant. Lusit autem in his depingiendis paulo liberius, quam delicatæ quorundam aures ferre possent,* &c. Et in hac ipsa epistola extat illa relatio Hieronymi de sua flagellatione ob studium Ciceronis; qua voluit Hieronymus Eustochium reuocare a lectione scriptorum ethnicorum. Attende jam ad verba Hieronymi: *Nec vero sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod jacui; testis judicium triste quod timui: ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem, liventes habuisse scapulas, plagas sensisse post somnium.* Quis sibi, Hieronymo credens, non persuaderet, Sanctum Patrem nihil minus quam somnia narrasse; Et tamen idem Hieronymus, idem

§. XXIX.

Magno Hieronymo major Auguſtinus, Platonicam

Et Auguſtini

idem vir pius & ſanctus, ſub *finem Lib. I. contra Ruffinum: Nunc autem novum impudentiæ genus; objicit mihi ſomnium meum*; & in *ultima Apologia adverſus eundem. Magni criminis* inquit, *reus ſum, ſi puellis & virginibus Chriſti dixi, ſeculares libros non eſſe legendos, & me in ſomniis promiſiſſe ne legerem --- Vide quid inter tuum et meum ſit ſomnium. Ego me humiliter reprehenſum refero, tu jactanter te eſſe laudatum congeminas.* Si politicus talia ſcripſiſſet, inculcatum ei fuiſſet: Mendacem oportet eſſe memorem. Jam quis concequat, illud inventum in vita Pauli de Satyro Antonio apparente, & in re aperte falſa, impeſtive affectatam ab Hieronymo demonſtrationem, acſi nequaquam narret fabulam; (*vide vitas patrum ab Arnoldo editas p.7.*) item ſimilis fabula de Leonibus Paulo ſepulchrum præparantibus. (*p. 11.12.*) In vita Hilarionis tot fabulæ falſe prætenſorum miraculorum narrantur, ut pudeat, Vide imprimis eam de equis ad uſum ludorum Circenſium deſtinatis, aqua ex ſcypho fictili, ex quo bibere conſueuerat Hilarion, conſperſis, reliquos equos omnes curſu vincentibus. (*ib. p. 100.*) Et tamen ab initio Hierenymus ſpiritum ſanctum invocat, vt ipſi concedat gratiam ut rite narret geſta Hilarionis. Quis crederet, viros ſanctos et pios talium abuſuum capaces eſſe? Sed præbuerat Hieronymo jam Athanaſius exemplum in vita Antonii, quæ ejusmodi fictionibus de apparitionibus diaboli ſub varia figura, vel humana, vel beſtiali, vel mixta, tota eſt repleta. (Vit. Patr. *p. 19. 23. 34. 46. 47.*) Quid mirum ergo, ſi ſubſequentes etiam talium vitarum conditores certarent inter ſe, quis alterum fictionibus talibus vinceret. Et jam in vita Baſilii M apparet fabula, de ſervo Proterii, pactum expreſſum ac ſcriptum cum diabolo faciente, & a S. Baſilio poſtea ab eo liberato (ibid. *p. 239. ſeq.*)

(c)

nicam philoſophiam nimis æſtimans (e), Dæmonibus quidem corpora tribuit (f); ſed tamen fabulis Gentilium, de transmutatione ſociorum Ulyſſis, et Apuleji in beſtias per artes magicas, plenam fidem non adhibet (g). Idem vero alibi docet, magnæ eſſe impudentiæ, ſi quis Faunos et incubos negare velit; cum ex hiſtoriis conſtet, Faunos et Sylvanos mulieribus cohabitaſſe (h): interim tamen dictum Geneſ. 6. non de angelis incubis, ſed de filiis Sethi explicat (i). Porro ſtatuit, figuras beſtiarum phantaſticas a Dæmonibus quandoque ſubſtitui hominibus, licet viventibus interim, ſenſibus tamen gravius ac vehementius, quam ſomno jacentibus, obſeratis (k). Fidem etiam habuit legibus XII. Tabb. poenas in eos ſtatuentibus, qui magicis artibus ſegetes ex agris dominorum in alios transferant (l). Pacta tamen Dæmonum fruſtra apud eum quæres.

§. XXX.

Et Gregorii M.

Gregorius M. Papa, exquiſitiſſimus hypocrita et turpiſſimus adulator (m), quatuor libros dialogorum ſcripſit, de vita & miraculis patrum Italicorum, & de æternitate animarum, putidiſſimis fabulis re-

(e) Libr. 8. de Civ. Dei cap. 4. & 9.

(f) Libr. 21. c. 10.

(g) Libr. 18. c. 18. *Hæc vel falſa eſſe*, dicit, *vel tam inuſitata, vt merito non credantur.*

(h) Libr. 15. c. 23. Adde Can. 7. in f. C. 26. qu. 2.

(i) Ibid.

(k) Libr. 18. c. 18.

(l) Libr. 8. c. 19.

(m) Ita Mornæus eum nominat *in Myſterio iniquitatis p. m. 247. & 250. edit. Salmur. 1612.*

(n)

repletos ; in quibus uti ſuperſtitiones papiſticæ diligenter inculcantur (n), ita & ex hoc nugarum theſauro poſtea ſagifices paſſim hiſtoriolas de poteſtate Dæmonum depromere ſolent (o), quorum apparitiones ſub ſpecie corporea paſſim narrat (p); etſi tamen de pactis dæmonum cum hominibus nihil apud eum deprehendere potuerimus.

§. XXXI.

Pergo ad noviora tempora. Initio ſeculi decimi tertii (q) ſcripſit Gervaſius Tilberienſis otia imperialia (r). Deprehendes in hoc opere, quod auctor cre-

Scriptores Sec. XIII. Gervaſius Tilberienſis.

D

(n) v. g. de foemina a diabolo obſeſſa, quod nocte proceſſionem ac dedicationem oratorii præcedente cum marito concubuerat *L. 1. c. 10.* de vaſe venenato per formatum ſuper eo ſignum crucis fracto, *L. 2. c. 3.* de clerico ob votum obedientiæ violatum a dæmone obſeſſo *L. 2. c. 16.* de dæmone per alapam, obſeſſo a viro ſancto datam ejecto, *L. 2. c. 30.* de dæmone per ſignum crucis expulſo, *L. 3. c. 6.* de purgatorio, *L. 4. c. 29.* de oblatione hoſtiarum pro mortuis *L. 4. c. 55.*

(o) De quibus videbimus infra ſuo loco. Interim notandum, Gregorium ipſum ſibi præcaviſſe *in prooem. L. 1. circa finem*, ne videlicet tam putida mendacia ipſi imputarentur, quod ea *ex virorum venerabilium narratione hauſerit.*

(p) *L. 1. c. 10.* de diabolo ex obſeſſo ejecto ſub forma hominis peregrini hoſpitium quærentis; *L. 3. c. 7.* de conventu dæmonum in templo Apollinis; *L. 3. c. 16.* de diabolo ſub ſpecie ſerpentis; *L. 3. c. 30.* de diabolo ſub ſpecie porci, ſed inviſibilis tamen, ex templo Arriano exeunte.

(q) Scil. anno 1211. Illuſtr. Leibnitius *Introd. ad T. 1. ſcript. Brunſuicenſium n. 63.*

(r) Quæ poſt Maderi editionem emendatius inſerta ſunt *d. T. 1. f. 881. ſeqq.*

(s)

crediderit dæmones incubos (s); item Faunos & ſatyros (t): dubitat tamen, an gigantes, de quibus in Geneſi, generati fuerint per incubos (u); item quod crediderit, dæmones in puſilla ſed humana forma opera ſervilia peragentes (w); item lamias, ſeu mulieres, quæ noctu domos momentaneo diſcurſu penetrent, dolia, cantharos, & ollas perſcrutentur, infantes ex cunis extrahant, luminaria accendant, & non nunquam dormientes affligant; (x) item conventum Lamiarum cum ſui ſimilibus in partibus transmarinis, & mutationes earum in feles (y) denique homines in lupos mutatos; (z) &c.

§. XXXII.

Cæſarius Heiſterbacenſis.

Eodem ſeculi decimi tertii initio (a) Cæſarius Heiſterbacenſis ſcripſit Libros XII. illuſtrium miraculorum & hiſtoriarum memorabilium. (b) Hic narrat inter alia fabulam de juvene, qui circa finem ſeculi XII. vel initium XIII. a Diabolo ipſi in forma corporea apparente lapidem acceperit, ea virtute præditum, ut quamdiu eum in manibus teneret, de

(s) *Deciſ. 1. c. 17. f. 897.*

(t) *C. 18. eod. f.* ubi expreſſe citat & excerpit vitas Pauli & Antonii eremitarum.

(u) *C. 23. f. 905. Potuit eſſe etiam,* inquit, *ut ineubi dæmones gignerent gigantes.*

(w) *Deciſ. 3. c. 61. p. 980.* Deſcriptio eorum, quos Neptunos a Gallis & ab Anglis Portunos appellari dicit, ſimilis eſt fabulis noſtratium de Cobaldis.

(x) *Deciſ. 3. c. 85. p. 987. & Cap. ſeq. 86.* ubi provocat ad Apulejum Platonicum.

(y) *Deciſ. 3. c. 93. p. 991.*

(z) *Ibid. c. 120. p. 1003.*

(a) Anno 1227. Illuſtr. Leibnitius *introd. ad Tom. II. ſcript. Brunſvic. p. 47.* Conf. ipſum Cæſarium *Lib 10. c. 48.*

(b) Poſtea editos Coloniæ Agripp. anno 1559. in Octavo.

de omnibus rebus ſubtiliſime diſputare potuerit (c); & aliam fabulam de clerico necromantiæ dedito, quem dæmon corporaliter in infernum duxerat, ut ibi videret tormenta Landgravii Thuringiæ, qui multas poſſeſſiones eccleſiis abſtulerat (d); ſimilis eſt tertia, de adoleſcente nobili, pactum cum diabolo faciente, ac creatorem abnegante, ſed tamen matrem altiſſimi abnegare nolente (e); & quarta, de juvene itidem pactum cum diabolo faciente, & poſtquam mortuus eſſet, reſuſcitato, eum in finem, ut pœnitentiæ loco cruciatas ſuſciperet. (f) Habes igitur hic prima initia perſvaſionis de magia cum pacto cum diabolo conjuncta: quamvis nullum ſit dubium, illo initio cordatiores has fabellas riſiſſe. (g)

§. XXXIII.

Circa medium ſeculi XIII. collectum eſt Speculum Saxonicum (h); in quo quidem legitur, quod magi ac ſagæ debeant pœna ignis puniri (i); cæterum

Auctor ſpeculi Saxonici.

(c) *L. 1. c. 32.*
(d) *L. 1. c. 34*
(e) *L. 2. c. 12.*
(f) *L 12. p. 231.*
(g) Recte Limborch *Hiſt. Inquiſ. L. 3. c. 21. p. 231. Ejusmodi fabellas de pacto cum diabolo, et confeſſiones a Lamiis per tormenta expreſſas, ab ipſis Inquiſitoribus* (& aliquot ante ſeculis a monachis) *eſſe formatas, ad augendum ſcilicet beatæ Mariæ & ſacramentorum dignitatem; quaſi nempe eorum veneration-em maxime impugnet diabolus.* (item ad augendum meritum per ſuſceptionem monachiſmi, aut cruciatarum, &c.)
(h) Conring *de O. J. G. c. 39. p. 182*, Gryphiander *de Weichbild. c. 48. n. 13. ſeq.*
(i) *L. 2. Jur. Prov. Saxon. art. 13.* welcher Chriſten Mann oder Weib ungläubig iſt/ oder mit Zauberey umgehet/ oder mit vergifftniß/ und der überwunden wird/ die ſoll man auf einer Horden brennen. In textu Saxonico, poſt verba Vergifftniß/ ad-

rum, uti nec proceſſus inquiſitorius contra ſagas inde probari poteſt (k); ita nec exinde conſtat, quod illo tempore magi & ſagæ de pacto & concubitu cum diabolo, & de conventu publico & ſolenni fuerint accuſati ().

§. XXXIV.

Vincentii Bellovacenſis ſpeculum hiſtoriale.

Vixit etiam illo tempore Vincentius Bellovacenſis, qui magno labore ſpecula quatuor conſcriſit (m). In hiſtoriali, quicquid fabularum & nugarum reperire potuit, collegit; magicas artes tamen alio plane in ſenſu intellexit, quam hodie ſumuntur. (n) In

---

additur oder mit wickene / de cujus ſignificatu alio tempore inquirendum; quamvis & illa additio non extet in editione anni 1516. Quod vero vivicomburii poenam attinet, illa ſatis antiqua eſt. Nam jam Paulus *L. 5. ſentent. tit. 23. §. 11. Magicæ artis conſcios ſummo ſupplicio affici placuit; id eſt, beſtiis objici aut cruci ſuffigi. Ipſi autem magi vivi exuruntur.* Et Conſtantinus M *L. 1. C. Theod de malef. & Mathem.* haruſpices cremari juſſit: conf. Jacob. Gothofr. *ad L. 5. Cod. Theod. d. t. Tom. III. p. 121.* Sic Gregorius M. refert *Dial. L. 1. c. 4.* ſuo tempore magum quendam Romæ crematum eſſe.

(k) Speculum Saxon. ignoraſſe omnem proceſſum inquiſitorium, perſpicue oſtenſum ab Illuſtr. Dn. Præſide in Diſput. *de occaſione &c. Conſtitut. Crim. Carolina* §. 6--15.

(l) Nec veroſimile, propter dicta §. 6. *Lit. k.*

(m) Speculum ſc naturale, doctrinale, morale, & hiſtoriale; *vid. ipſe Auctor in proleg. ad Spec. hiſtoriale cap. 19. in fine.* Extendit autem ſe ſpeculum hiſtoriale uſque ad annum 1250. *Vid. Libr. uli. c. 102. in fine.*

(n) *L. 1. c. 55. in fine: Magica ſub philoſophia non continetur, ſed foris falſa profeſſione de vero mentiens, & veraciter animas ludens. Hac quinque maleficiorum genera continet; ſc. manciam, mathematicam, maleficia.*

Interim inter iſtas fabulas (o) referuntur quædam, de mutatione hominum in lupos, de larvis, (p) de juvene qui pactum cum diabolo faciens, abnegato Chriſto, Mariam tamen abnegare noluit (q), de centauro Paulo Eremitæ apparente (r), de diabolo ſub ſpecie fœminæ elegantis formæ monachum ad libidinem invitante (s), de Theophilo quodam contractum chirographarium cum diabolo faciente, & Chriſtum ac ejus matrem abnegante, ſed cui Maria chirographum reſtituit (t), &c. (u).

ficia, ſortilegia, præſtigia. Mancia, id eſt divinatio, ſpecies habet 5; ſc. nigromanciam, ydromanciam, arimanciam, pyromanciam, geomanciam. Mathematica vero tres, ſc. aruſpicium, augurium, horoſcopicam.

(o) Inter quas eſt ingens numerus de miraculis Mariæ Virginis, *Lib. 6. c. 82. ſeqq.* quæ cujus generis ſint, vel ex rubricis patet: de Abbatiſſa prægnante quam Dei mater ab infamia liberavit *c.* 87. de muliere, quæ conceptum ex filio puerum interfecit, per beatam virginem ab opprobrio liberata *c.* 94. 95. 96. *&c.* Item de rebus geſtis & miraculis hominum, qui plane non fuerunt in rerum natura: quorſum pertinent ea quæ narrantur *Lib.* 15. *cap.* 1. *ſeqq.* de Rege Indiæ Avennair et ejus filio Joſaphat. Iſt ein papiſtiſcher Roman.

(p) *Lib.* 1. *c.* 95.

(q) *Lib.* 6. *c.* 106. Eſt eadem fabula cujus jam meminit Cæſarius Heiſterbacenſis (*vid.* § 32.) *L.* 2. *c.* 12; niſi quod Cæſarius addat circumſtantias quasdam magis incredibiles.

(r) *Lib.* 11. *c.* 31. ex Hieronymo *vid. ſupra* §. 27.

(s) *Lib.* 17. *c.* 6.

(t) *Lib.* 21. *c.* 69. 70.

(u) Habes etiam apud eundem *Libro* 10. *c.* 65. *ſeq.* vitam & miracula Dominici & Franciſci, quorum ille ab Innocentio III. primus inquiſitor fuit inſtitutus.

(x)

§. XXXV.

Alexandri IV. deciſio quæſt. an crimen ſortilegii ad hæreſin referri debeat.

Etſi vero hactenus inter hæreſin & magiam aut ſortilegium magna fuiſſet differentia, certe hactenus magia ad hæreſin non fuiſſet relata; uti tamen ipſum hæreſeos crimen eſt res mira & vix definitu poſſibilis (x): ita docet hiſtoria Eccleſiaſtica & ipſum jus Canonicum, quod inquiſitores hæreticæ pravitatis ab Innocentio III. inſtituti, ſub prætextu hæreſeos etiam de crimine ſortilegii indiſtincte cognoſcere, & id ad forum inquiſitionis trahere intenderint, contradicentibus tamen Laicis. Papa vero (y), poſt medium ſeculi decimi tertii (z), aſtute, ſub ſpecie rem definiendi pro Laicis, eos ambiguitate reſponſi eluſit (a).

§. XXXVI.

(x) Vid Dn. Præſes *diſſert: an hæreſis ſit crimen.*

(y) *Alex. IV.*

(z) Præfuit enim ſedi Romanæ ab anno 1254. ad annum 1261.

(a) Ita enim; *in cap. Accuſatus §. ſane 8. de hæreticis in Sexto* litem illam dirimit. *Sane cum negotium fidei (quod ſumme privilegiatum exiſtit) per occupationes alias non debeat impediri, peſtis inquiſitores hæretica a ſede Apoſtolica deputati, de divinationibus aut ſortilegiis (niſi hæreſin ſaperent manifeſte) intromittere ſe non debent, nec punire talia exercentes, ſed eos relinquere ſuis judicibus puniendos.* Vides aſtutiam: cum Laicis abjudicare non potuerit cognitionem de magia, quam hactenus quiete poſſederant, tanquam rem quæ nihil commune haberet cum hæreſi; addidit tamen aſtute & tanquam obiter limitationem *niſi hæreſin ſaperet manifeſte*: non quod ipſe crederet, talem ſpeciem dari, ſed ut inquiſitoribus anſam daret, fictionibus de magorum pactis et concubitu cum diabolo &c. univerſam magiam ad crimen hæreſeos trahendi; & ita limitatione iſta regulam deſtruendi.

XXXVI.

Cæterum illo adhuc tempore iſtas narratiunculas de pactis & apparitionibus diaboli pro piis fraudibus fuiſſe habitas, plebem in devotione detinendi; non vero a lCtis pro fundamentis inquirendi contra magos fuiſſe venditatas, vel ex Speculatore (b) cognoſcere licet. Hic cum libellum contra ſortilegos format, ſortilegos ſic deſcribit: quod quis in tali civitate vel camera vel trivio dæmones invocaverit, furta in aſtrolabio vel per avium volatum inſpexerit, & alia ſotilegia fecerit (c).

Speculator ignorat pacta diaboli cum ſagis.

§. XXXVII.

Imo Thomas Aquinas ſcholaſticorum princeps, circa illa tempora florens (d), Canoniſtis non ſuffecit ad quæſtionem enodandam, quando magia ſit hæreſis; tantum abeſt, ut pactum expreſſum diaboli cum ſagis pro vero habuerit (e), probe videlicet gnarus, quem in finem iſtæ fabulæ in vitis Patrum & Legendis ſanctorum fuerint effictæ.

Item Thomas Aquinas.

§. XXXIIX.

(b) Scripſit enim anno 1262.

(c) Gvil. Durandus *Lib. 4. part. 4. rubr. de ſortilegis p. m. 488.* Hic, ut vides, nihil de pacto cum diabolo. Aliud enim eſt invocare dæmones, aliud pacta cum iis facere.

(d) Floruit inter annum *1260-1270.*

(e) Notus Canoniſta Joh. Andreæ, de quo mox ſeorſim, dum *in comment. ad d. l. ſpeculatoris* anxius eſt in quæſtione explicanda, quando magia ſit hæreſis vel non, conqueritur tacite de Thoma; quod tractet quidem de divinatione quæ fiat per invocationem dæmonum, per quam invocans QVASI foedus ineat cum dæmone &c. ſed tamen non exprimat, an id ſit hæreticum.

§. XXXIIX.

Jacobi de Voragine Legenda aurea.

Circa finem ſeculi XIII. (f) Jacobus de Voragine (g) edidit hiſtoriam Longobardorum, quæ vulgo legenda aurea vel ſpeculum ſanctorum vocatur; in quo ſcripto tabulæ præcedentes non ſolum repetitæ, ſed & infinitis nugis & mendaciis auctæ ſunt: ut adeo nullum ſit dubium, quin & in iſto opere multæ fabulæ de pactis dæmonum cum magis & ſagis ſint recenſitæ (h).

§. XXXIX

Scriptores & acta Sec. XIV. Johannis XXII. decretalis de magia.

Pergimus ad ſeculum decimum quartum; ubi quidem deprehendimus Jahanni XXII. Papæ tribui extravagantem epiſtolam decretalem de magia a quibusdam ſcriptoribus (i); quam tamen hactenus reperire non potuimus (k) §. XL.

(f) Claruit enim anno 1290. Voſſ. *de Hiſt. Latin. Lib. 2. c. 60. p. 457. ſeq.*

(g) Homo judicio Ludovici Vivis & Melchioris Cani, *ferrei oris, plumbei cordis, animi certe parum ſeveri & prudentis*, vide Naudæum *dans L'apologie pour tous les grands hommes &c. c. 7. p. m. 88. edit Pariſ.* Qui tamen in eo fallit, quod putet, Jacobum de Voragine & ſimiles ſcriptores, occaſionem, tales fabulas immiſcendi hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ſumſiſſe ex conſuetudine talia fingendi in libris Romanciis, qui illo tempore valde in vſu eſſe incoeperint; cum tamen hactenus dicta doceant, ſcriptores librorum Romanciorum potius occaſionem talia fingendi ſumſiſſe ex vitis patrum, dialogis Gregorii, ſpeculo Vincentii Bellovacenſis & ſimilibus.

(h) Non enim tempus permiſit, ut iſtud ſpeculum ſanctorum ipſi inſpiceremus & evolveremus.

(i) Vide locum Torreblancæ ſupra deſcriptum *ad §. 6. lit. L.*

(k) Neque enim extat talis conſtitutio Johannis XXII quæ contra magos ſcripta ſit, & incipiat *ſuper ſpecula*, in extravagantibus Johannis XXII. nec in extravagantibus communibus.

(l)

XL.

Interim Canoniſtas etiam circa medium ſeculi decimi quarti (l) doctrinam de pactis expreſſis diaboli cum ſagis nondum in doctrinam juriſprudentiæ recepiſſe, nec certi quid determinare auſos eſſe, quando magia ſit hæreſis vel non; argumento eſt, quod Johannes Andreæ commentator Durandi ſeu Speculatoris nihil de tali pacto expreſſo memoret, nec quæſtionem illam perſpicue definiat (m).

Johannis Andreæ doctrina de magia.

XLI.

In Chronico Monaſterii S. Petri in monte crucis ad Werram (n) legitur; quod anno 1384. quidam murarius ſecundum pactum ſuum, quod cum diabolo fecerat, in die converſionis Pauli, mane in horto ſuo de piro ſuſpenſus, & ſubito totus niger factus fuerit cum magno fœtore (o). Sed totum hoc

Pactum diaboli cum murario.

E Chro-

(l) Nam Johannes Andreæ ſcripſit circa annum 1347.

(m) Siquidem *in commentario ad d. L. Durandi* de *ſortilegiis* notat: Theologos ſui temporis diſtinxiſſe, an invocans dæmonem intendat provocare amorem mulieris, & id non eſſe hæreſin manifeſte, niſi fiat cum adoratione; an invocet ad ſcienda futura & tunc eſſe hæreſin manifeſtam, &c. Confer quæ de incertitudine Canoniſtarum circa quæſtionem, an & quando ſortilegium ſit hæreſis, notavit Zieglerus *ad Lancellotti Inſtitutiones L. 4. tit. 5. §. 1. p. 957.*

(n) a Chriſt. Franc. Paullini *in Syntagmate antiquitat. German.* edito. Auctor Chronici fuiſſe fertur monachus, qui circa annum *1540.* ſcripſit.

(o) Additur, quod peſſimus homo fuerit, qui ad tertium quodvis verbum diabolum in ore habuerit.

(p) *In præfatione.*

(q)

Chronicon nugis & mendaciis repletum esse, non diffitetur clarissimus editor (p).

XLII.

Determinatio Facult. Theol. Paris. anno 1398.

Circa finem seculi XIV. edidit Facultas Theologica Parisiensis determinationem (q), super quibusdam superstitionibus noviter exortis; quæ etsi tota videatur in favorem Inquisitorum esse facta, ut sub prætextu hæreseos, suspectos de magia ad forum suum trahere possent (r): non tamen vel crediderunt fabulas de pactis expresis diaboli cum sagis, vel certe verbis perspicuis, quid de his pactis crederent, nondum proponere ausi sunt (s).

XLIII.

Ficta Sec. XV. Fabula de secta Lamiarum & strigum anno 1400. in Italia orta.

Initio seculi XV. nempe anno 1400. sectam Lamiarum & strigum in Italia ortam esse; ex Bernardo Comensi (t) notat Limborch (u). De illis autem idem Bernardus memorat, quod in certis locis nocte ante diem Veneris convenerint, diabolo in forma humana visibili apparenti abnegaverint in ejus manus fidem, baptisma, Deum, & B. Virginem

(q) Retulit eam Bodinus *post præfationem do magorum damonomania*, & Wierus *circa finem Libr. ult. de præstigiis damonum.*

(r) Continet enim ea determinatio 28. articulos seu opiniones circa artes magicas & maleficia, qui erronei declarantur & hæretici.

(s) Respicio ad articulum tertium: cujus hæc sunt verba: *Quod inire pactum cum damonibus tacitum vel expressum non sit idololatria, vel apostasia. Error. Et intendimus, esse* PACTVM IMPLICITVM *in omni observatione superstitiosa; cujus effectus non debet a Deo vel natura rationabiliter exspectari.*

(t) Scripsit anno *1584.* Vide *Syllabum autorum præmissum operi Limborchii.*

(u) *Hist. Inquisit. Lib. c. 21. p. 130.*

(w)

nem &c. Sed ipſe Bernardus Inquiſitor ne quidem de geſtis ſui temporis ſcribens ullam fidem meretur, tantum abeſt, ut de geſtis antiquiorum temporum eam prætendere poſſit.

XLIV.

Circa tempora Conciliorum Conſtantienſis & Baſileenſis (w) vixit Johannes Nider Isnenſis, Dominicanus (x), Theologiæ Profeſſor apud Baſileenſes; qui in Formicario ſuo (y) multas etiam fabellas de pactis diabolicis & concubitu cum ſagis, ac ſimiles nugas, *Nideri Formicarium.*

(w) Intra annum *1410--1430.* Vide Urſtiſium et Trithemium *in locis editioni noviſſimæ præmiſſis.*

(x) Et hinc forte occaſionem ſumſit autor mallei maleficarum, ut eum vocaverit Inquiſitorem hæreticæ pravitatis: Unde videtur hauſiſſe Henricus Warthon in elogio Nideri præmiſſo novæ editioni. Sed id falſum eſſe conſtat, quod nunquam in toto libello Niderus provocet ad propriam experientiam, ſed fabulas omnes, quas recenſet deſumſit ex vitis patrum, legenda Baſilii, Vincentii ſpeculo, Dialogis Gregorii, legenda Bernardi, Cæſario Heiſterbacenſi & ſimilibus. Reliquas hiſtoriolas narrat fide (1) cujusdam Petri Bernenſis, judicis ſecularis, qui multos incinerarit maleficos & alios fugaverit ex territorio Bernenſi; (2) Benedicti Monachi, qui antea fuerit necromanticus, joculator, mimus & truffator; (3) Eduenſis cujusdam Inquiſitoris hæreticæ pravitatis. *vid. Libr. 5. c. 3. p. 543. 548.* Et obſervavit jam eum errorem de Nidero Inquiſitore Naudæus *d. l. c. 7. p. 91. 92.*

(y) *Formicarium* ideo appellavit hunc libellum, quia de formicarum natura & providentia ad humanæ vitæ rationem accommodata tractavit per totum libellum. *Cruſ. P. 3. Suev. Lib. 6. c. 11. f. 343.* Eum rejecto priore titulo, ſub titulo *de viſionibus & revelationibus* edidit Dn. von der Hardt Helmeſtadii 1692.

(z)

nugas, bona quidem fide, ut vir valde ſimplex & credulus (z), narravit (a). Unde ſubſequentibus temporibus reliqui pleraque hauſerunt (b). Neque ipſe tamen diffiteri potuit, quod Inquiſitores illorum temporum in proceſſu contra ſagas ſæpius præcipitanter egerint (c). XLVI.

(z) Vide præfat. Dn. von der Hardt b. 1. & 2. verſic. *Pluſculum etiam &c.*

(a) *Libr. 5. ſeu ultimo*, quem etiam propterea inſeruerunt Malleo Maleficarum ejus editores. Quamvis enim *d. L. 5. cap. 3. p. 541.* magos ſaltem lædere dicat *per verba, ritus, vel facta QVASI per pacta inita cum damonibus*; interim tamen *eod. c. 3. p. 545. 547.* fabellas de pacto expreſſo ab aliis auditas immiſcet.

(b) Naudæus *d. l. p. 92. Formicarium, qui à ſervi comme de ſource & premiere baſe a tout ce, que l'on a depuis dit jur ce ſujet.*

(c) *In concluſione operis p. 667.* ſeq. Obſervo præterea ex hoc opuſculo Nideri, quod jam illo tempore, etiam a ſæcularibus judicibus (quorſum pertinet ille judex ſecularis Bernenſis, cujus fide multas ejusmodi fabulas retulit Niderus,) multæ ſagæ ſint crematæ ex errore communi, confirmato per confeſſiones tormentis extortas, & per doctrinas inquiſitorum, laicis præeuntium; illam tamen perſuaſionem de pacto expreſſo cum dæmone nondum fuiſſe univerſalem, ſed ſaltem indies vires & augmenta ſumſiſſe; item Inquiſitores intendiſſe augmenta ſuperſtitionis de uſu ſigni crucis, ſacramenti confeſſionis, aquæ benedictæ, ſalis conſecrati, ave Maria, exorciſmorum contra operationes magicas; item quod omnis maleficarum poteſtas enervetur, quam primum ab officialibus captæ fuerint. (Conf. Niderum *L. 5. c. 4. p. 557. ſeq.* item *c. 6.*) Denique, non paucos perſpicaciores, tam ex laicis quam clericis, intellexiſſe abuſus inquiſitionum in crimine magiæ, tam a laicis quam clericis illis temporibus commiſſorum, arg. dictorum *d. p. 667. ſeq.* Quam obſervationem ultimam valde illuſtrabunt dicenda in ſequentibus paragraphis.

(d)

§. XLV.

Cum igitur Inquiſitores hæreticæ pravitatis ſub prætextu novæ doctrinæ, quaſi magia ſit ſpecies hæreſeos (d), inciperent, de crimine hactenus ignoto (e) multa inquirere, non defuerunt, qui reſiſterent huic inſtituto & abuſui inquiſitionum viri cordati (f), quibus ſcriptum oppoſuit anno 1458. Nicolaus Jacquerius, ordinis Prædicatorum, ſub titulo: Flagellum hæreticorum faſcinariorum (g); in quo

Nicolai Jacquerii Flagellum hæreticorum faſcinariorum.

(d) Repete dicta §. *35.*

(e) Scilicet eo intuitu, quaſi magi pacta expreſſa facerent cum dæmone, quaſi dæmones cum ſagis concumbereut &c. Nam citra hunc reſpectum crimen magiæ per ſuperius dicta utique ſemper fuit cognitum.

(f) Patet hoc ex præfatione ipſius Jacquerii, ubi ſtatim ab initio meminit idem impedimentorum officio inquiſitionis frequenter occurrentium; cum plerique aſſeruerint, faſcinarios a dæmone phantaſticis illuſionibus eſſe deceptos, & ad ſtabiliendam ſententiam ſuam ad *can. Epiſcopi C. 26. q. 5.* provocaverint, ei tanquam infallibili fulcimento innixi; addentes inſuper, dæmones non habere tantam poteſtatem, quanta iis adſcriberetur in confeſſionibus; neque ſtandum eſſe horum aſſertioni & teſtimonio, ſi ſocios criminis nominarent &c.

(g) Ex ipſo Libello demum 1581. Francofurti edito ejusque *p. 39. & 56. patet*, eum anno 1485. ſcriptum eſſe. Ex lectione autem ejus conſtat, quod a Jacquerio viſum non fuerit Formicarium Nideri; uti auctoribus mallei maleficarum veroſimiliter hoc flagellum Jacquerii non fuit cognitum. Quamvis autem editor hujus flagelli in titulo Jacquerium nominet hæreticæ pravitatis inquiſitorem; vix tamen id eſt credibile, quia auctor in toto libello pauciſſima refert de confeſſionibus ſagarum, & iſta quidem non tanquam a ſe, ſed ab aliis audita & vulgo nota, *Crp. 4. p. 27. cap. 7. p. 39. cap. 8. p. 56. ſeq.* Video etiam de hoc auctore

ab

tamen argumentis plane insufficientibus Inquisitores hæreticæ pravitatis defendit (h).

Artes inquisitorum in crimine magiæ anno 1460.

§ XLVI.

Quibus autem artibus Inquisitores in crimen magiæ illo jam tempore usi fuerint, vel ex uno exemplo disci potest; quod refert Limborchius contigisse anno 1460. in Flandria & Artesia. Scilicet, vel torquebant personas, falso de pacto cum dæmone accusa-

ab aliis citari Valerium Andr. Desselium *bibl. belg. p. 689.* qui iam non est ad manus.

(h) Nam primarium argumentum desumsit ab historiolis, ex Vitis Patrum, Dialogis Gregorii, Legendis Sanctorum, Vincentio Bellovacensi, confessionibus magorum coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, petitis. In refutando vero *canone Episcopi C. 26. q. 5.* mire se torquet, partim asserendo, quod canon ille non loquatur de hæresi fascinariorum, sed alio plane casu; partim, quod Concilium, unde desumtus sit hic canon, non sit magnæ auctoritatis, & adeo dictum capitulum non tantæ reputationis (ut loquitur *Cap. 9. p. 63.*) uti alia capitula Decreti. Ut taceam elegantem probationem juridicam, qua utitur *C. 26. p. 173. seq.* ad demonstrandum, quod nominati a sortiariis teneantur probare suam innocentiam: *si accusatus*, inquit, *a complicibus dicat, quod damon fecit de eo repræsentationem; respondetur, quod hoc allegans debet sufficienter probare; quodsi non fecerit, non est credendum ei, qui non adfuit consilio Dei. Sicut enim procurator fidei debet probare maleficia, qua reo imponit fecisse dæmonis patrocinio; ita & reo incumbit probatio eorum, qua ad sui defensionem exhibet, &c.* Notetur etiam fabula *C. 4 p. 27.* de mago confitente, quod diabolus ipsi præceperit, docere, quod hujusmodi fascinariorum secta non sit nisi mera illusio; ita enim posse valde augmentari dominium diaboli,

(i)

cusatas, tamdiu, donec omnia quæ Inquisitores volebant confiterentur; vel promissa impunitate, tales confessiones ex miseris eliciebant, & postea nihilominus cremabant tanquam nocentes. (i)

§. XLVII.

Quæ hactenus docuimus valde explicant sensum Epistolæ Sixti IV. Papæ anno 1474. in qua præcipit Vicario Generali Episcopi Bononiensis, ut Papam certiorem reddat; an verum sit, quod quidam Monachi disputando & prædicando in Civitate Bononiensi asseruerint: non esse hæreticum & a puritate fidei alienum, dæmonum exspectare responsa; & an ac quæ scandala adversus ipsius fidei puritatem exinde sint orta (k). Scilicet alii, etiam Mo- *Sensus Bullæ Sixti IV. an. 1474.*

(i) Limborch *Histor. Inquis. lib. I. cap. 23. Circa annum 1460. in Flandria & Artesia inquisitio admodum sævit contra quosdam, qui falso magiæ & occulti satanæ foederis insimulabantur. Plures ad requisitionem Petri Brussardi Inquisitoris in carcerem sunt conjecti. Hi tormentis victi, quicquid ipsis exprobratum fuit, confitebantur, inter alia, quod se satanæ devovissent, illum adorassent, cum ipso carnaliter commixti essent, aliaque, quæ nullam merentur fidem. Ad rogum damnati innocentes se protestabantur, & publice coram omnibus alta voce proclamabant, nunquam se in Valdesia (ita coetus ille magorum & diabolorum nocturnus vocabatur) fuisse, sed a judicibus esse deceptos, qui blandis promissis, quibus vita ac omnia bona ipsis promittebantur, si crimina objecta confiterentur, ex ipsis elicuerint falsam criminum a se nunquam commissorum confessionem. Alii ajebant, tormentis falsam sibi confessionem expressam. Tandem orabant adstantes, ut pro se Deum precarentur; mox diuque in flammis animas suas Deo commendabant. Illorum tamen innocentia postea patuit. Num anno 1491. miseri hi cum aliis ob eandem causam in carcerem conjecti, sententia Parlamenti Parisiensis declarati sunt innocentes, bonaque ipsis restituta: judicibus vero gravis mulcta pecuniaria est irrogata.*

(k) *Cap. 2. de maleficis & incantatoribus in septimo Decret.*

(i)

Monachi (l), docebant, Inquiſitores hæreticæ pravitatis contra intentionem Pontificis extendiſſe poteſtatem ſuam ad crimen magiæ, cum tamen magia non ſit ſpecies hæreſeos (m): Inquiſitores calumniabantur diſſentientes, acſi docuiſſent, eſſe rem licitam, dæmonum exſpectare reſponſa, &, pro more rixatorum, multas conſequentias & ſcandala ex doctrina illa periculoſa deducebant. Papa artium monachalium gnarus prudenter egit, quod de circumſtantiis rei geſtæ diſtinctius voluerit informari.

§. XLIIX.

Ocenſio & intentio Bullæ Innocentii IIX. anno 1484.

Cum igitur inter Laicos pariter & Clericos illo tempore de duobus potisſimum capitibus diſputaretur; 1. ratione facti, an magi & ſagæ pacta inirent cum diabolo & cum eo concumberent, an conventus agerent, an a diabolo in beſtias mutarentur, &c. (n); 2. ratione juris, an crimen magiæ relinquendum ſit coercitioni Magiſtratus ſecularis, an vero pertineat ſolum ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis; & in

(l) Ne cui mirum videatur, qui factum fuerit, ut ipſi Monachi infringere conati ſint poteſtatem inquiſitorum. Cogitabit enim, Monachos ſemper odiſſe Monachos alios. Accedit, quod Dominicani, quibus inquiſitio in hæreticos erat demandata, ſemper partem bonorum ex confiſcatione caperent, & quod aliorum monachorum in inquiſitione non parcerent.

(m) Sic intelligo, dum docuerant, dæmonum expectare reſponſa non eſſe *hæreticum*, id eſt, non eſſe ſpeciem hæreſeos, ſed aliud crimen.

(n) Item: Utrum credendum ſit confeſſionibus ſagarum per torturam expreſſis; autan non potius ea omnia vel magiæ naturali, vel impoſturis humanis, vel imaginationibus melancholicis, adſcribenda ſint,

(o)

& in his duabus quæſtionibus pars ſuperſtitioſa Inquiſitoribus favens, quotidie magis magisque creſceret, non diutius differendum putavit Innocentius IIX. (o), quin definitione illarum controverſiarum in favorem Inquiſitorum facta (p), ſub prætextu Zeli divini, tyrannidem papalem (q), in Bulla illa jam ſupra (r) memorata, anno 1484. ſtabiliret.

§. XLIX.

Cum igitur hac ipſa Epiſtola primitus introducta fuerit auctoritate Papali inquiſitio in crimen magiæ, non inutile erit, ad ejus intellectum quædam adnotare. (I) Ipſa epiſtola Innocentii IIX. in ſeptimo Decretalium non exhibetur integra, adeoque ea quæ ibi deficiunt ſupplenda erunt ex malleo maleficarum (s), ubi habes annum quo ſcripta eſt (t), & conceſſam a Pontifice Epiſcopo Argentinenſi poteſtatem, ut omnes, qui Inquiſitores in executione privi-

Ejus ſupplementa in Malleo Maleficarum.

F legii

(o) Homo avarus & ſordidus. Onuphr. Panvinius in eius vita *p. mr.* 334.

(p) Primario quidem definivit controverſiam de jure, ſed tamen ita, ut quæſtionem de facto quoad quædam capita, ut mox videbimus, per indirectum approbaret, dum quædam capita illarum fabularum in Epiſtola ſua ut res vere geſtas referret. De pacto tamen expreſſo cum diabolo hic nondum aliquid determinatum.

(q) Nimirum, poteſtatem fæviendi in homines innocentes, & diminuendi jurisdictionem laicorum, & ita augendi poteſtatem Pſeudo-Eccleſiaſticam inquiſitorum hæreticæ pravitatis.

(r) Supra §. 22.

(s) Vbi Tomo I. integra Bulla Innocentii IIX. præmiſſa eſt.

(t) Scil. anno incarn. Domin. 1484. Nonis Decembr. Pontificatus anno primo.

(u)

legii novi impedire velint, per excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores cenſuras & poenas auctoritate papali coerceret (u). Subjungitur etiam clauſula, qua derogatur quibuscunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis (w).

§. L.

Pontifex fabulas de poteſtate ſagarum ut indubias ſupponit.

(II) Aſtute Pontifex in ipſa Bulla fabulas de poteſtate ſagarum ut indubias ſupponit (x), ne videlicet cogeretur reſpondere ad Canones in Decreto obſtantes (y); ſed ut metu poenarum eccleſiaſticarum,

(u) Verſic. *Et nihilominus &c.* usque ad verba: *invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.*

(w) Verſic. *Non obſtantibus &c.* per quam clauſulam perſpicue abrogatur *cap. 8. §. ſæpe de hæreticis in ſexto*, de quo ſupra egimus §. 35. *Lit. a.*

(x) *Relatum ſibi eſſe*, ait Pontifex, *quod in nonnullis partibus Alemanniæ ſuperioris, nec non in Moguntinenſi, Colonienſi, Trevirenſi, Saltzburgenſi et Bremenſi, diœceſibus, plures utriusque ſexus perſonæ cum dæmonibus incubis & ſuccubis abutantur, ac incantationibus & ſortilegiis mulierum partus, animalium fœtus, vinearum & arborum fructus, homines, beſtias, vineas, prata, paſcua, frumenta, legumina, perire, ſuffocari, & extingui faciant, ipſosque homines & beſtias intrinſecus & extrinſecus doloribus crucient, ac homines, ne gignere, aut concipere, aut conjugaliter ſibi cohabitare valeant, impediant; fidem præterea ipſam, quam in baptiſmi ſuſceptione ſuſceperant, ſacrilego ore abnegent &c.* Auctores huius relationis non memorat Pontifex; ſed nulli alii haud dubie fuerunt quam ipſi Inquiſitores, Henricus Inſtitor & Jacobus Sprenger, ut facile patet ex verbis ſequentibus. De horum igitur relatione non jubet Pontifex, ut in ejus veritatem inquiratur; imo, etſi haud dubie in Germania etiam multa à Clericis pariter & laicis contra harum relationum veritatem diſputata fuerint, has diſputationes tamen non memorat Pontifex.

(y) Scilicet *can. 12. & 14. C. 26. q. 5.* Vide ſupra §. 11. Hos igitur etſi non diſertis verbis, in generali

rum, iis injecto qui istis Canonibus contra inquisitores hactenus usi fuerant, ora obturaret.

§. LI.

(III) Nescio qua ratione factum fuerit, ut auctor summarii in septimo decretalium huic epistolæ Papali præscripti (z) illi inseruerit, quasi Papa damnaverit sortilegos, insontes puerulos devorantes. Etsi enim & tales tabulæ de devoratione infantum ab aliis inquisitoribus fuerint divulgatæ (a), uihil tamen de hoc facto legitur in ipsa epistola Innocentii IIX. *Error Autoris summarii de sagis puerulos devorantibus.*

§ LII.

(IV) Neque extat etiam aliquid in Bulla Papali de pacto sagarum expresso cum dæmonibus, cum abnegatio fidei, quæ memoratur (b), fieri etiam potuerit absque tali pacto. Ergo vel Inquisitores nondum putarunt tempestivum esse, ut de hac tabula aliquid scriberetur ad Pontificem, vel Pontifex, si tale quid retulerunt, id astute dissimulavit. *Cur nihil ibi extet de pacto sagarum expresso.*

§. LIII.

(V) In verbis sequentibus Pontifex rejicit eorum opinionem, sive sint Clerici sive Laici, qui hactenus obstiterant Inquisitoribus, iisque imputaverant, quasi de facto se immiscerent jurisdictioni ad *Pontifex primus jubet, magiam quamvis habendam esse pro hæresi.*

F 2 Lai-

rali tamen illa clausula, de qua modo diximus *Lit. w.* simul tacite abrogavit.

(z) Sive is fuerit Petrus Matthæus collector septimi Decretalium, sive alius quispiam.

(a) Videatur Nidrus *Formicarii Lib. 5. c. 3. p. 545. seq.*

(b) Vide verba modo descripta *Lit. x.*

(c)

Laicos pertinenti (c); atque potestatem Inquisitorum primus ita ampliat, ut inposterum etiam de crimine magiæ; tanquam de indubitata specie criminis hæreseos, inquirere possint (d).

§. LIV.

Cur primum in Germania Papa inquisitiones sagarum confirmaverit?

(VI) Cur vero in Germania primum Papa inquisitiones in crimen magiæ confirmavit, cum tamen illo tempore jam alibi de facto a Laicis pariter & Clericis sævitum fuerit in sagas (e)? An, quod Papatum in Germania ob motus continuos intrinsecos sibi magis obnoxios habuerit status Ecclesiasticos? (f). Certe mox dicenda (g) ostendent, subsequentibus demum temporibus in ipsa Italia, & quidem cum majore resistentia potestatem hanc inquirendi in crimen magiæ hæreticæ pravitatis Inquisitoribus fuisse indultam.

§ LV.

Notabilia de confirmatione Maximil. I. hujus Bullæ.

Imo in ipsa etiam Germania variis artibus fuisse opus, ut ista constitutio Papalis in effectum deduceretur, mihi firmiter persuadeo, per ea, quæ in Malleo Maleficarum leguntur de tuitione hujus Bullæ a Ma-

(c) Verfic. *Tamen nonnulli Clerici & Laici* &c. unde patet, persuasionem illam de pacto sagarum nondum fuisse publicam & universalem.

(d) Verfic: *Nos igitur impedimenta &c.*

(e) Vide de territorio Bernensi Niderum *L. 5. c. 3. p. 543. & c. 8. p. 598. seq.* Confer dicta §. *46.*

(f) Unde Germania dicta terra obedientiæ. Vid. Mülden. *in medit. ad capit. Josephi. p. 220.* Conf. Schilt. *de Lib. Eccles. Germ. Lib. 6. C 7. §. 5.*

(g) Vide §. *59. seq.*

(h)

a Maximiliano I. ſuſcepta (h). Cur enim (i) in inſtrumento Notarii non refertur integra conſtitutio Maximiliani (i)? Cur Bullam Papalem non confirmavit Fridericus III. Imperator, ſed Maximilianus Rex Romanorum (k)? Cur ſtatim primo poſt electionem anno? Cur Bruxellis (l)? &c.

§. LVI.

Sed nec ipſa hæc confirmatio Regis Romanorum multum profuit Inquiſitoribus, ut idem inſtrumentum Notarii docet (m). Ergo ipſi Inquiſitores

Geſta Auctorum Mallei Maleficarum & Magiſtrorum noſtrorum Colonienſium.

(h) Tom. I. p. 692.

(i) Refertur enim ſaltem brevis ſumma cum verbis reſcripti Imperatorii initialibus & finalibus dati 1486. cum tamen magis conduxerit intentioni inquiſitorum, ut populus legeret integrum hoc diploma Maximiliani, quam ut legeret ſubſcriptiones & confirmationes integras Magiſtrorum noſtrorum Colonienſium ibi prolixe relatas. Ergo ſuſpicor, ipſum diploma Maximiliani continuiſſe nonnulla, quæ non erant ad palatum inquiſitorum.

(k) Cum tamen Regis Romanorum alias vivente Imperatore nulla ſit in ejusmodi negotiis auctoritas.

(l) Ubi ipſe Maximilianus erat in anguſtiis.

(m) Confectum anno 1487. *d. T. I. p.* 685. ubi ipſi inquiſitores conqueſti ſunt (vid. *p.* 686. *ſeq.*) quod non obſtante illa Bulla Innocentii VIII. *nonnulli animarum rectores & verbi Dei predicatores, publice in ſermonibus ad populum affirmare non fuerint veriti, maleficas non eſſe, aut nihil in nocumentum creaturarum quacunque operatione efficere poſſe. Ex quibus incautis ſermonibus nonnunquam ſeculari brachio ad puniendum ejusmodi maleficas facultas amputata fuerit.* Id eſt, quod populus excitatus a paſtoribus, impediverit Magiſtratum; vel quod Magiſtratus ipſe ſub illo prætextu exequi poenam ab inquiſitoribus dictatam noluerit.

(n)

Henricus Inſtitoris & Jacobus Sprenger conſcripſerunt Malleum Maleficarum (n). Et cum ipſi facile ſentirent, eum librum non magnum habiturum eſſe pondus, impetrarunt anno 1487. approbationem Magiſtrorum noſtrorum Colonienſium (o). Quin & articulos quatuor doctrinæ adverſariorum oppoſitos conceperunt (p), eosque pariter a Profeſſoribus Theologiæ Colonienſibus approbari curarunt, & deſuper inſtrumentum Notarii confici. (q)

§. LVII.

Judicium de ipſo Malleo.

Ipſe vero Malleus Maleficarum ita elaboratus eſt, ut in ſingulis paginis appareant confuſiſſima diſputatio, ignoratio elenchi, & infinitæ ſophisticationes. Nihil enim continet, quam meram contradictionem, per exempla ex formicario Nideri repetita, aut ex fide aliorum Inquiſitorum relata confirmata (s); quibus etiam ſolis, imprimis in quæſtione de pacto dæmonum cum ſagis, (t) reſpondent ad ob-

(n) *In quo*, ut ipſi loquuntur *p. 687. non tam ejusmodi prædicatorum ignorantiam pro Catholica fidei conſervatione repellere auſi ſunt, quantum etiam in exterminium maleficarum debitos modos ſententiandi, & easdem puniendi juxta dicta bullæ tenorem & ſacrorum canonum inſtituta laborarunt.* (Obſcuriſſimæ rei obſcuriſſimus ſenſus.)

(o) Lamberti de Monte, Jacobi de Stralen, Andreæ de Ochſenfurt, Thomæ de Scotia. Ibid. *p. 686. ſeq.*

(p) Qui leguntur p. *690.*

(q) *p. 691. ſeq.*

(r) Unde non difficile fuit alii auctori majori judicio pollenti huic Malleo opponere Malleum judicum, de quo vide infra §. 66.

(s) Unde ipſi dicunt in Apologia præmiſſa: *Ex noſtro ingenio pauca & quaſi nulla ſunt addita. Unde non noſtrum opus, ſed illorum potius cenſetur, quorum ex dictis fere ſunt ſingula contexta.*

(t) Quæ eſt *Part. 2, qv. 1, c. 2. p. 236. ſeq.*

(u)

objectum textum ex decreto, illis nugis graviter obstantem (u).

§. LIIX.

Quemadmodum autem errores crassissimi, si sanctio poenalis accedat, brevi tempore sensibilia incrementa sumunt, & per ejusmodi sanctiones defensores veritatis terrentur; ita etiam tum factum est, ut metu excommunicationis, & ne ipsi ut magi tractarentur, destiterint cautiores publice huic fraudi & deceptioni resistere, & saltem occulte & insensibiliter ineptias illas Inquisitorum impugnarunt. Huc refero scripta duo, Ulrici Molitoris (w), & Trithemii (x). *Scripta Ulrici Molitoris 1489. & Trithemii.*

§. LIX.

Videamus jam quomodo ex Germania in Italiam transierit persuasio de crimine magiæ. Equidem *Bulla Alexandri VI. circa finem Seculi XV.*

(u) Scilicet *canon Episcopi C. 26. q. 5.* Vide Malleum *statim p. 1. & p. 239. seq.*

(w) Scriptum anno 1489. quod refertur in Theatro de Veneficis *p. 70. seq.* & in Malleo Malefic. *Tom. II. p. 34. seq.* Etsi enim autor videatur facere cum inquisitoribus, in fine tamen *Dial. 12.* testatur, nullam competere sagis in homines potestatem, neque itinera ab iis nocturno tempore peragi, neque dæmones generare & concipere posse, sed omnia hæc esse phantastica.

(x) Relatum etiam in theatro de Veneficis *p. 351. seq.* Quod vero Trithemius veram animi sententiam ibid. obscurius proposuerit, vel occultaverit, forte in causa fuit, quod ipse aliis, quamvis sine justa causa, de magia suspectus fuerit. Vide Naudæi *Apologiam &c. cap. 16. §. 10.* Vixit autem & Trithemius tempore Maximiliani I. & opusculum illud ad Maximilianum scripsit.

(y)

dem autores Mallei Maleficarum mentionem faciunt (y) Inquiſitorum Lombardenſium & Cumanorum, quorum hi jam anno 1485. plus quam 40. ſagas comburi curaverint. Sed id tum quidem de facto tentatum ab iſtis Inquiſitoribus. Etenim demum poſt illud tempus (z) Alexander VI. ſentiens Bullam Innocentii IIX. in Germania non caruiſſe effectu, ſed ſuperſtitionem de poteſtate ſagarum jam ibi incepiſſe altas radices agere in animis etiam cautiorum; ad Inquiſitorem hæreticæ pravitatis per Lombardiam mandata dedit, ut & ipſe in magos utriusque ſexus inquireret (a).

§. LX.

Varia bullæ initio Seculi XVI.

Sed tamen paulo difficiliorem ſucceſſum hujus bullæ in Italia, quam in Germania bullæ Innocentii IIX. fuiſſe, docet earum repetitio & ibi facta mentio expreſſa reſiſtentium (b). Nam non ſolum Julius II. (c), ſed & Leo X. (d), & Adrianus VI. (e)

(y) *p.* 238. *Tom. I.*

(z) Præfuit enim ſedi papali Alexander ab anno 1492. ad annum 1503.

(a) Exhibetur ea bulla in ſeptimo Decretal. *tit. de maleficis & incantat. cap. 1.* Sed annus, quo bulla hæc a papa fuerit edita, non adjicitur. Unde neſcio, qui factum fuerit, ut in editione Corporis Juris Canonici Pithoeana adſcriptus fuerit huic bullæ annus 1474. haud dubie ex *cap. ſeq.* 2. eo translatus.

(b) Ut in bulla Julii II. fere eadem verba repetit, quæ extant in bulla Innocentii IIX. & prolixe conqueritur de iis qui Inquiſitoribus obſiſterent Conf. & bullam Leonis X.

(c) Qui præfuit ſedi Rom. inter ann. 1503. & 1512. Refertur ea bulla in ſeptimo Decretal. *d. tit. cap.* 3. data ad inquiſitorem Cremonenſem.

(d) Anno 1521. ad ordinarios

Do

(e), & denique Clemens VII. (f), reſcriptis poteſtatem Inquiſitorum confirmarunt. Ubi imprimis notanda aſtutia Julii II, qui, cum ſentiret, eos, qui tum Inquiſitorum mendacia credere nolebant, per excommunicationem non ſatis terreri, addidit præmia illis, qui conſilium, auxilium, & favorem præſtarent Inquiſitoribus (g).

§. LXI.

Ponzinibii & Spinai ſcripta contra & pro inquiſitoribus.

Iſtis tamen bullis Papalibus non obſtantibus, fabulis, iſtis & mendaciis inquiſitorum ſe oppoſuit Johannes Franciſcus Ponzinibius J. U. D. intendens probare per rationes ſultas auctoritatibus juris, quod ſagæ corporaliter non ferantur a dæmone in locum conventus, & ibi pacta faciant, ſed quod iſta omnia fiant per illuſionem dæmonum (h). Cui quidem ſe oppoſuit anno 1424. & ſeq. Bartholomæus de Spina, ſed fere nil novi afferens, verum crambem ſaltem toties coctam recoquens, & ad auctoritatem Papæ & inquiſitorum præcipue provocans (i).

Dominii Veneti *ibid. cap.* 6. Etenim apud Venetos nunquam tanta fuit poteſtas ſanctæ inquiſitionis, ut apud alios populos.

(e) Anno 1523. *in dict. cap.* 3. ad inquiſitorem Comenſem.

(f) Anno 1524. in favorem Inquiſitoris Parmenſis, cujus meminit Spinæus *in quæſt. de ſtrigibus Tom. II. Mall. Maleſ. p.* 479.

(g) Scilicet easdem indulgentias, quibus cruce ſignati contra alios hæreticos tunc gaudebant.

(h) De hoc autore & ejus ſcripto plura afferre nequeo, dum nihil de eo inveni præter ea quæ afferuntur *in titulo Tomi II. Mall. Maleſ.* & *ibidem in tractatu Spinai ei oppoſito.*

(i) Fuit vero Apoſtolici Palatii magiſter. Ut ex ungue leonem cognoſcas, cape ſaltem ejus argumentum primarium, quod

§. LXII.

Alciati responsum anno 1518. in causa sagarum.

Dedit etiam Alciatus circa illa tempora (k) responsum Episcopo, (l) occasione inquisitoris, qui jam plures quam centum sagas in subalpinis vallibus (m) flammis consumserat, donec rustici arreptis armis vim illam inhiberent, & negotium ad judicium Episcopi deferrent. Harum sagarum tres classes facit Alciatus. Aliquæ in crucem imminxerant, Christum DEum abnegaverant, præsentes ipsæ & vigilantes veneficiis atque devotionibus infantes extin-

quod Ponzinibio opponit *p. 463. In contrarium faciunt infiniti pene processus inquisitorum*, (vides jam illis temporibus processum inquisitorium contra sagas in infinitum excreviſſe,) *& justitia facta per eos contra tales personas, quasi veraciter & corporaliter vadant ad cursum, & ibi fidem abnegent, atque baptismum, conculcent crucem, ac sacrum Christi corpus horrendis contumeliis afficiant. Quæ omnia si non vere, sed in somniis fierent, injustissimi essent inquisitores &c. At pro actibus Inquisitorum est præsumtio.* (quod multis textibus & glossis adductis probat) Item *p. 479. Hæc autem non jussisset sanctissimus Dominus noster*, (Clemens VII.) *si striges, quæ judicantur hæretica, non essent vere hæretica, vel si ea, quæ per ipsas fiunt, solum essent illusiones diabolicæ &c.*

(k) Ut ipse refert: *Lib. 8. parerg. cap. 21. p. m. 75. Cum primum Doctoris insignibus ornatus domum me contuli, prima, in qua mihi de jure respondendum fuit, hæc oblata est causa.* Refert autem Pancirollus *de claris legum interpretibus L. 2. c. 169. p. 353.* Alciatum anno 1517. cum vix 22. annos natus esset, professione Juris Civ. & Can. ornatum fuisse. Wagstaff von der Hexerey *c. 3. p. 42.* id anno 1518. contigisse narrat.

(l) Quis fuerit non memorat Alciatus.

(m) In Pedemontana regione id factum esse, interpretatur Bodinus in præfat. ad Dæmonomaniam, Wagstaff *d. l.* de ditione Veneta id intelligit, forte occasione eorum, quæ notavimus supra ad *§. 59. lit. d.*

(n)

tinxerant (n). Aliquæ poſt minas noctu, quamvis obſeratis clauſisque valvis infantes faſcinaverant (o). In utrumque hoc genus, reſpondit Alciatus, Inquiſitorem poſſe munere ſuo fungi (p). Aliæ vero nihil ultra egiſſe arguebantur, niſi quod ſub arbore Tellina choreas duxiſſe, & ad luſum illum acceſſiſſe dicebantur, ſociis id ipſum atteſtantibus, ipſis negantibus. Has negavit Alciatus torqueri poſſe, cum fuerint meræ illuſiones phantaſticæ, plura ibidem diſputans, contra mentem novorum, ut dicit, theologorum, pro recepta opinione Doctorum Juris Civilis & Canonici (q). Quare non mirandum, quod ob hoc ipſum reſponſum magnam ab inquiſitoribus perſecutionem paſſus (r), & a ſubſequentibus pla-

(n) Cur vero facta quæ imputabantur ſagis primæ claſſis pro veris ſtatim habuit Alciatus, cum tamen eædem adſint rationes dubitandi quæ in tertia?

(o) Idem & quoad ſecundam claſſem monendum, cum ipſe Alciatus ſibi dubium moveat, & parum ſufficienter id reſolvat. *Etenim*, inquit, *etiamſi demus, perſonaliter eas non acceſiſſe; tamen id lemuribus ſuis mandaſſe videri poſſunt. Hoc enim caſu extra ſomnium peccatum fuit.* Maxime veroſimile, Alciatum ex metu multa de vera ſua ſententia diſſimulaſſe.

(p) Id eſt, ut vel condemnet, ſi confeſſæ ſint, vel torqueat non confiteri volentes.

(q) Meretur totum illud caput legi, ut quod plura ſuppeditat, ex quibus illuſtrari poſſunt ſuperius a nobis dicta §. *8. 9. 10. 11.*

(r) Huc refero illud Gravinæ *de ortu & progreſſu J. Civ. c. 170. p. 207. Docuit primo Ticini, deinde ab oblatratoribus, ob quos ſtomachabatur, in fugam actus conceſſit in Galliam.* Conf. ipſius Alciati epiſtolam contra vitam monaſticam ab Anton. Matthæi editam, ex qua conſtat, Alciatum mores & fraudes Monachorum exacte noviſſe.

(s)

ne pro mago vel certe magiæ ſuſpecto fuerit traductus (s).

§. LXIII.

Erasmi Roterodami teſtimonium de fraudibus monachalibus.

Deſiderius Eraſmus Roterodamus, uti Monachos & eorum fraudes, ſi quisquam ſui temporis, cognovit, easque ad vivum in Encomio Moriæ & Colloquiis paſſim depinxit; ita fabulas de dæmonum apparitione viſibili, & de pactis ſagarum expreſſis earumque conventibus, pro fraudulentis monachorum inventis habuit (t), etſi haud dubie ex metu

(s) Vide Bodini *prafationem ad Damonomaniam p.* 14. quamvis obſcurius loquatur. Notanda tamen ibi verba præcedentia: *quo ſe a magis ineſcari paſſi ſunt*, cum quibus jungenda, quæ poſtea de Alciato loquuntur.

(t) Vide potiſſimum ejus colloquium cui titulus *Exorciſmus ſeu ſpectrum*, ubi in fine ita diſſerit *p. m.* 348. *Antehac non ſoleo multum tribuere fabulis, qua vulgo feruntur de ſpectris, ſed poſthac multo minus tribuam. Suſpicor enim ab hominibus credulis, & Fauni* (de quo in illo colloquio plura refert) *ſimilibus, multa pro veris prodita literis, qua ſimili artificio ſunt adſimilata.* Adde ejus epiſtolam *de colloquiorum utilitate*, colloquiis ſubjunctam, *p. m.* 776. *In ſpectro detego technas impoſtorum, qui credulis ſimplicium animis ſolent illudere, fingentes apparitiones dæmonum & animarum, vocesque divinas. Quantam vero peſtem ha praſtigia invexerunt pietati Chriſtiana?* Idem in colloquio cui titulus *Virgo poenitens p. m.* 203. *Dic mihi, qua ſpecie erat?* (Cacodæmon) *Eſtne talis, qualis pingitur, roſtro adunco, longis auribus, harpyarum unguibus, pralonga cauda?* Et in encomio moriæ *p. m.* 102. *Coeterum illud hominum genus totum eſt noſtra farina, qui miraculis & prodigioſis gaudent mendaciis, vel audiendis vel narrandis, nec ulla ſatietas talium fabularum, cum portentoſa quadam de ſpectris & lemuribus, de larvis, de inferis, de id genus millibus miraculorum, commemorantur, qua quo longius abſunt a vero, hoc & creduntur lubentius, & jucundiore pruritu titillant aures. Atque hac quidem non modo ad levandum horarum tadium mire conducunt, verum etiam ad quaſtum pertinent praſertim ſacrificis*

tu,ne Papas irritaret, tot bullis hactenus inquisitiones contra sagas confirmantes, directo non tetigerit impostura s(u).

§. LXIV.

Imo in ipsa Germania tum continuatum fuisse, a Principibus & Statibus imperii,ut inquisitoribus illa libertas a Pontificibus concessa, inquirendi in sortiarios sub prætextu hæreseos,non permitteretur(w), indicio est Constitutio Criminalis Bambergensis, Moguntiæ 1510. typis impressa. Etsi enim Episcopus Bambergensis tanquam Princeps Ecclesiasticus haud dubie Papæ valde fuerit addictus;multa tamen in illa Constitutione deprehenduntur argumenta, sententiam nostram corroborantia (x).

Constitutio Criminalis Bambergensis 1510 non favet inquisitoribus.

§. LXV.

Cum vero Constituto criminalis Carolina tantum non tota de verbo ad verbum descripta sit ex con-

Nec Constitutio Criminalis Carolina 1532.

ficis & concionatoribus. Conf. supra *th. 28. lit. d.* ubi notavimus, Erasmum inter primos notasse figmenta in vitis Patrum.

(u) Erat enim Erasmus valde meticulosus, vide *Tom. IV. observ. select. Hall. obs. 21.* Ad quem metum etiam forte referri possunt ea, quæ jam supra excerpsimus §. 13. *Lit. a.* quanquam forte etiam distinguenda sint tempora in ipso Erasmo. Nam illam epistolam, ex qua ibi excerpsimus, scripsit anno 1500.

(w) Illustrautur hic dicta etiam ex gravaminibus statuum imperii in Comitiis Noribergensibus anno 1523. exhibitis apud Schilterum *de L. E. G. Lib. 7. C. 2. p. 859. seq.* Vide potissimum *gravamen 68. Quem in modum honesti viri & mulieres ex falso rumore sæpenumero graventur. Item gravam. 70. quibus artibus judices ecclesiastici causas promiscuas solis sibi vindicare conentur.* Conf. etiam *gravam. 73.*

(x) Nam 1. de crimine magiæ voluit agi coram judicibus Lai-

conſtitutione illa Bambergenſi (y); ita eædem obſervationes & hic repetendæ ſunt (z). Imo hic aliquid novi adjectum eſt, doctrinis & praxi inquiſitorum plane adverſum, quod nempe ad denunciationem magorum contra neminem inquirendum ſit (a).

§. LXVI.

Auctor Malei judicum. Nec defuerunt viri eruditi, qui ſe proceſſibus illis inquiſitoriis contra ſagas ſeculo XVI. opponerent. Ut enim taceam ea, quæ Philippus Melanchthon

Laicis, atque adeo non coram Inquiſitoribus papalibns. 2. *art.* 55. ad indicia magiæ ſaltem refert, ſi quis ſe obtnlerit, quod velit alios docere artem magicam, aut quod aliis minatus fuerit, quod eis magia nocere velit &c. Nihil hic de delatione aliorum magorum, nihil de indiciis ex conventu ſagarum aut pacto cum Diabolo. 3. *In art.* 64. qui de quæſtionibus ſuper crimine magiæ agit, jubentur judices quærere, quomodo, quibus verbis & operibus magia facta ſit, & an perſonæ, cui per magiam nocitum, iterum opem ferre poſſint. Hic iterum non jubentur inquirere, an pactum fecerint cum diabolo, an in conventu cum aliis magis fuerint, an incubos aut ſuccubos admiſerint. Ut adeo pateat, Epiſcopum Bambergenſem iſtas nugas non credidiſſe, etſi bullis Papalibus corroboratas & inquiſitorum libellis ac hiſtoriolis defenſas. 4. *In art.* 131. jubentur magi qui aliis damnum dederint igne puniri, ut hæretici; (i. e. æquali pœna cum hæreticis gleich den Kätzeren/non, quaſi ſint hæretici,) de reliquis magis præcipit ut conſulantur juris periti. &c.

(y) Vid. diſſertat. Dn. Præſidis *de occaſione &c. conſtitut. Carolinæ* §. 35. *ſeq.*

(z) Nam *articulus* 55. paucis mutatis vel additis repetitur in conſtitutione Carolina *art.* 44. *articulus* 64. *in art.* 52. & *denique articulus* 131. *in art.* 109.

(a) *Art.* 131. *Conſt. Carolin.*

(b)

thon (b) ea de re obiter monuit (c): auctor anonymus Mallei Judicum (d) in eo totus eſt, ut iniquitates a judicibus tam ſecularibus quam eccleſiaſticis hic commiſſas, perſpicue oſtenderet (e); quamvis non omnes fraudes & fabulas intimius videatur penetraſſe (f).

§. LXVII.

Anno 1563. (g) Johannes Wierus Medicus Ducis Juliæ Cliviæ & Montium opus de præſtigiis dæ-

Wieri opus de præſtigiis Dæmonum.

(b) Nam Lutherus hic non videtur omnia profundius expendiſſe. Admittit enim ſuccubos dæmones, & de infantibus difformibus von Wexelbälgen quædam docuit, quibus multa opponi poſſent; ut patet ex illis, quæ ex colloquiis ejus excerpta leguntur in *Theatro de Veneficis f. 11 ſeq*

(c) In Libello de anima *p. m. 95.* ubi optat, *ut majori cum pondere & diligentius a judicibus fierent anacriſes ſagarum, nec judices tam faciles eſſent ad credenda tanquam vera, quæ quotidie de illuſionibus & præſtigiis dæmonum referuntur, adeo ut confeſſioni delirantis anus & maleſanæ, de ſuis epulis, choreis nocturnis, confeſſoribus & concubinis non ſtatim adhibeant fidem quaſi hæc corporaliter & revera, non imaginarie & ſenſuum quadam faſcinatione, & in ſpiritu fiant.*

(d) Ex titulo apparet, hunc libellum Malleo Maleficarum eſſe oppoſitum. Autor quisquis eſt, videtur religioni Evangelicæ fuiſſe addictus. Quando ſcripſerit, certo non conſtat. Novus hujus libelli editor *in præfatione* putat id factum eſſe initio ſeculi XVI. Ex *cap. 2. p. 7.* conſtat, quod citet exemplum anni 1625. tanquam nuper factum. Interim *c. 7. p. 27. ſeqq.* ſæpius citat Conſtitutionem Carolinam: imo *c. 8. p. 35.* citantur Eraſtus & Wierus, qui inclinante demum ſeculo XVI. ſcripſerunt; niſi forte hæc allegatio ultima in nova aliqua hujus tractatus editione fuerit adjecta.

(e) Vide præ reliquis *totam quæſt. 8.*

(f) Nam admittit, magos pacta revera inire cum diabolo *qu. 6. §. 1. & 7.*

(g) Ut patet ex epiſtolis gratu-

dæmonum ſex libris diſtinctum edidit, oppoſitum malleo maleficarum (h), ac de poenis lamiarum etiam cum Johanne Brentio quædam diſputavit (i); ex quibus conſtat, Wierum, etſi Medicum, pro ſtatu illorum temporum altius penetraſſe myſteria iniquitatis inquiſitoriæ, quam Brentium Theologum.

§. LXVIII.

Lancelotti inſtitutiones Juris Can.

Eodem anno 1563. Lancelottus ſcripſit inſtitutiones Juris Can. Hic, ſi fabulas inquiſitorum de ſagis credidiſſet eſſe veras, inſtitutionibus illis aliquid ea de re inſeruiſſet. Jam vero altum de iis ibi eſt

tulatoriis *p. 869. & p. 905.* Poſtea tamen ipſe autor in ſequentibus editionibus videtur multa addidiſſe. Utor editione ſexta Baſil. 1583. Ibi enim mentionem facit eorum, quæ anno 1565. & 1567. geſta ſunt *vid. p. 338. 397. 559.*

(h) *Lib. III. de Lamiis c. 2. ſeq.* recenſet prolixe ſententiam mallei maleficarum de pactis ſagarum cum dæmone, & oſtendere laborat, ea pacta eſſe præſtigioſa, phantaſtica, inepta, non cohærentia, vana, & nullius ponderis. Ibid. *c. 19.* tractat de incubi dæmoniaci illuſione, & incubo morbo naturali; *c. 22.* refert ac refutat fabulam de Martini Lutheri ortu dæmoniaco. *Lib. IV.* de iis, qui lamiarum maleficio affecti eſſe putantur, agit; *c. 2.* de rebus monſtroſis ore ejectis, docet ac probat multis argumentis, eas non fuiſſe in corpore. *C. 22.* probat, homines non transformari poſſe in beſtias. *Lib. VI. c. 4.* oſtendit, quod proceſſus tum temporis uſitatus abeat a Conſtitutione criminali Carolina; (conf. modo notata §. *65.*) *C. 7.* fabulam de mirabili interitu ſagæ cujusdam ex Vincentii ſpeculo refert. *C. 8.* differit, quod lamiæ hæreticis non ſint accenſendæ. *C. 11. 12. 13. 14.* examinat confeſſiones muliercularum exuſtarum. *C. 15.* recenſet exempla foeminarum innocentium, ob magiam punitarum, &c.

(i) Vide Apologeticum ſubjunctum operi.

(k)

eſt ſilentium (k); ſed repetit potius conſtitutionem Alexandri IV. ſupra (l) memoratam, quod inquiſitores ſe non debeant immiſcere cognitioni de ſortilegiis, niſi hæreſin ſapiant manifeſte; & ſaltem quaſi pactorum (m) meminit inter ſortilegos & dæmonem.

§. LXIX.

Anno 1564. Johannes Fichardus, JCtus & Reip. Francofurtenſis Advocatus, Comiti cuidam, conſilium eius ſuper actis de crimine magiæ & reſponſo alterius JCti expetenti, reſpondit (n); rem duabus potiſſimum quæſtionibus abſolvi: 1. An ſagæ ſecundum confeſſionem ab ipſis torturæ extortam comburendæ ſint? 2. An eæ concubitum cum dæmone exercuerint, nocturnasque choreas duxerint? Ad utramque autem eo modo ſententiam ſuam dicit, ut facile appareat, ei nugas & nequitias inquiſitorum & judicum magnam partem fuiſſe cognitas (o). *Fichardi ſententia de crimine magiæ.*

(k) *Lib. 4. Tit. 5. §. 1. & 2.* ubi erat ſedes talia monendi.

(l) *Supra §. 35.*

(m) Ex Auguſtino, & inde excerpto *can. 7. inf. C. 26. qu. 2.*

(n) Conſilium hoc inter Conſilia Germanica Fichardi reperitur *p. 208. ſeq.*

(o) Ad primam enim quæſtionem reſpondet: ſe ejus deciſionem affirmativam relinquere conſcientiæ alterius ICti, melius tamen putat facturum fuiſſe, ſi alios autores præter malleum maleficarum & Girlandum conſuluiſſet. Ad ſecundam dicit: illa omnia eſſe dubia, incredibilia & impoſſibilia, ut in illis nemo ſe fundare poſſit. Imo ſubjicit, ea ab Inquiſitoribus proprii commodi cauſa eſſe excogitata, multaque ſanæ rationi contraria in Formicario & ſimilibus ſcriptis contineri. De-

§. LXX.

Navi eorum qui se inquisitoribus opposuerunt.

Cum autem hactenus memorati scriptores qui iniquitatibus processuum contra sagas se opposuerunt (p), partim multas fabulas ex vitis patrum, dialogis Gregorii, Vincentio Bellovacensi, Nidero (q) &c. haustas, item confessiones per tormenta extortas, ut vel logice vel ethice veras (r) supposuerint; & hoc primo falso admisso, in fontes illarum iniquitatum & causas genuinas confessionum tormentis extortarum debito modo non inquisiverint; atque sic plura parum cohærentia imo quandoque contradicentia immiscuerint discursibus suis (s): occasionem dederunt aliis viris eruditis, etiam ex ordine Protestantium, ut

Denique addit, non credendum esse denunciationi ab una saga adversus alteram factæ, quia scilicet sagæ per phantasmata soleant decipi, &c.

(p) Nimirum Ponzinibius, Alciatus, Autor mallei judicum, Wierus, Fichardus, de quibus actum §. 61. 62, 66, 67. 69.

(q) De quibus repete monita nostra *supra §. 25. seq. usque ad §. 44.*

(r) i. e. partim crediderunt, Patres Ecclesiæ &c. nihil hic data opera finxisse, nec sagas ex metu tormentorum contra veram animi sententiam confessas esse; partim, quæ ab aliis scriptoribus ex relatione aliorum bona fide prodita sunt; revera etiam facta esse.

(s) De Ponzinibio quidem in specie nihil memorare possumus, cum ejus tractatus non fuerit inspectus. Interim tamen ex illis, quæ exinde excerpsit Spinæus, apparet, quod crediderit, confessiones sagarum tormentis extortas ethice veras fuisse, non logice, sed eas per imaginationem delusas fuisse. De Alciato vide quæ jam notavimus §. *62. Lit. n. & o.* De Autore mallei judicum jam monuimus §. *66. Lit. f.* quod ipse admiserit pacta a magis inita esse cum diabolo: unde postea non fa-

ut iſta aſſerta de pactis ſagarum cum diabolo, de incubis & ſuccubis, de conventu ſagarum, de transformatione magorum in beſtias, &c. ulterius incaute quidem, ſed bona tamen fide, propagarent.

§. LXXI.

Igitur non mirandum, quod, cum Divus Auguſtus Elector Saxoniæ, diſſenſiones JCtorum in definiendis variis juris quæſtionibus, conſtitutionibus poſtea editis definire intenderet (t), etiam inter alia propoſitis rationibus diſſentiendi circa quæſtionem, an crimen magiæ indiſtincte, & etiamſi damnum non fuerit datum, poena capitali puniendum ſit (u); approbata in conſtitutionibus ſententia

Conſtitutio Saxonica II. Part. IVta anno 1572.

ratio prægnans apparet, cur non & ſagæ talia pacta inire potuerint, vel certe iniiſſe præſumendæ ſint, &c. Similiter de Wiero narravimus §. *67. Lit. h.* quod fabulam quandam ex Vincentii ſpeculo de miſerabili ſagæ cujusdam interitu recenſuerit *lib. 6. c. 7.* Etſi vero ſimul profiteatur *ibid.* quod illud figmentum eſſe credat, & quod ea hiſtoria fabulæ non ſit abſimilis: eandem tamen cautionem non adhibuit alibi, ubi promiſcue partim ex ſcriptoribus gentilibus, partim ex ſcriptoribus hiſtoriæ eccleſiaſticæ & Patribus Eccleſiæ & monachorum libellis multa de apparitionibus dæmonum, item de magorum factis, ut vera recenſuit: vide e.g. *L. I. c. 10. 13. 14. 15. L. 2. c. 2. & 4.* & alibi paſſim. Sic & Fichardus ſupra §. *69. Lit. o.* parum caute alterius ICti conſcientiæ reliquit deciſionem primæ quæſtionis, quod nimirum ſagæ ſecundum confeſſiones in tortura factas comburendæ ſint, &c.

(t) Hiſtoriam conſtitutionum illarum & præcedentium conſultationum tradit Daniel Mollerus in Commentario ad præfationem Electoralem.

(u) Continentur illæ rationes in Conſultationibus conſtitu-

tu-

tia affirmativa, pro mitiganda ejus duritie iſta communis traditio de pactis & concubitu ſagarum cum dæmone fuerit inſerta (w); & ſic per legem publicam a capite Principum Proteſtantium latam, perſuaſio iſta hactenus vacillans, maximum robur coeperit.

§. LXXII.

Lamberti Danæi dialogus de veneficis 1574.

Cum igitur JCti Lutherani in caſſes Inquiſitorum inciderint, non adeo vitio vertendum Lamberto Danæo theologo reformato, quod annó 1574. dialogum de veneficis eum in finem ediderit, vt proceſſum contra ſagas defenderet; etſi ex eo ubique appareat, quod vel diſtincta aperte confuderit, vel du-

tutionum Saxonicarum *Tom. I. P. IV. qu. 68. & Tom. II. P. IV. qu. 7.* Autor prioris conſultationis, pro indiſtincta pœna capitali pronuntiat; poſterioris, caſus varios diſtinguit. Uterque tamen in eo conſentit, quod ſi pacta cum diabolo ſint inita, aut concubitus peractus, pœna capitalis locum habere debeat.

(w) *Part. IV. conſtit* 2. Fuerunt autem Conſtitutiones hæ Electorales editæ anno 1572. Et quamvis concubitus expreſſe non fiat mentio; non tamen ſine ratione verba dictæ conſtitutionis: oder zu ſchaffen hat / de eo explicat Daniel Mollerus *in comment. ad d. conſtit.* reſpiciens videlicet ad autores dictarum conſultationum, quos ante oculos habuit quicunque concepit d. conſtitutionem. Iſtis vero autoribus Wierus vapulat, nulla tamen alia addita ratione, quam quod fuerit Medicus & non ICtus; & contra Paulus quidam Girlandus utramque ibi facit paginam, haud dubie ſcriptor Pontificius & fabularum illarum in favorem Inquiſitorum defenſor; cujus ſcriptum ſubſequentibus temporibus veroſimiliter, per Delrium, Torreblancam, & ſimiles (de quibus infra ſuo loco) obumbratum fuit.

dubia & dæmonſtranda, ut indubie vera præſuppoſuerit (x).

(x) Ita v. g. *p. 18.* præſupponit contractum inter ſatanam & ſagas. Præſupponit *p. 28.* (tales) ſortiarios ante Chriſtum natum innotuiſſe; cum videlicet abſurdum ſit, Chriſtum, qui venerit ad opera Diaboli deſtruenda, novam illis poteſtatem adjeciſſe, quam antea non habuerint. Ita *p. 31.* S. Scripturæ textus adducit, ubi ſortiariorum & veneficorum (talium ſcil: de quibus eſt quæſtio) fit mentio. *P. 32. ſeq.* pro exiſtentia (talium) ſortiariorum, ad Auguſtinum, Trithemium, leges Romanas, Jus Can. provocat; (quæ tamen ut ſupra oſtenſum de talibus nihil docent,) item ad propoſitiones damnatas a Pariſienſibus 1398. & ad experientiam damnatorum talium magorum plurimorum. *P. 39. 40.* impugnat eorum ſententiam, qui omnia quæ de ſortiariis (nota talibus: nam nemo unquam magos in alio ſignificatu negavit,) dicuntur, vel ficta eſſe aſſerant, vel melancholico ſaltem alicui morbo adſcribant, quaſi ſcil. illi æque fidei Chriſtianæ certitudinem blaſpheme tollant, & divinam Chriſti naturam negent, ac illi, qui dæmoniacos a Chriſto ſanatos, pro melancholicis & flava bile laborantibus venditent, (Quæ, qualis, quanta?) rurſus provocans ad confeſſionem ſagarum, quod ſatanæ nates deoſculatæ ſint. *P. 42. ſeq.* tanquam fortiſſimum argumentum adducit illud. Poſita cauſa poni effectum: at ſatanam tanquam cauſam adeſſe, qui voluntatem, & poteſtatem (quod erat crinomenon) talia perpetrandi habeat. Ergo. *P. 49. ſeq.* aliud argumentum. Qui gigantem dejicere poteſt, ille & puerulum. At ſortiarii homines veneno lædere poſſunt E. multo magis bruta, herbas, vinum, aquam, aerem, per conceſſionem divinam. *P. 51.* ad multa exempla provocat, quæ ipſe viderit, quod ſortiarii rabidos reddiderint, podagram & paralyſin in aliis produxerint &c. provocans inſuper *p. 52.* ad autoritatem Auguſtini, Virgilii, *p. 54.* Nicephori Calliſti. *P. 55.* Deum tamen ipſum

§. LXXIII.

Thomæ Eraſti dialogus de Lamiis & Strigibus 1577

Uti vero Danæus non nominat Wierum, ita etiam nullum indicium in ſcripto ejus deprehendo, quod adverſus hunc præciſe calamum direxerit. Sed anno 1577. Thomas Eraſtus, medicus notiſſimus, de Lamiis & Strigibus alium dialogum edidit, in quo etſi etiam non nominet Wierum, tamen ex ipſa inſpectione libelli conſtat, eum adverſus hunc directum eſſe. Quid vero etiam Eraſtus præſtiterit, docebunt excerpta ſequentia (y).

§. LXXIV.

ipſum eſſe aſſerit, qui primus hæc efficiat, & his hominibus tanquam inſtrumentis peccata hominum puniat. Non autem eſſe hæc phantaſtica ſic probat; quod phantaſia magorum non poſſit a læſis ſentiri: At læſos revera ſentire morbos a ſortiariis injectos. (Id vero hic erat in quæſtione, annon ſortiarii, ea, quæ alii patiuntur, poſſint ſibi imaginari, quod ipſi ea fecerint.) Accedere horum confeſſionem *p. 56.* & teſtimonium Auguſtini, Virgilii, Thomæ Aquinatis &c. *p. 58. P. 59.* tamen contra Auguſtinum & Apulejum negat, quod ſortiarii poſſint homines mutare in beſtias. Nabuchodonoſoris metamorphoſin adſcribendam eſſe (*p. 61.*) omnipotentiæ divinæ, non viribus ſatanæ. (Jam ipſe videat, quomodo hæc cohæreant cum iis; quæ modo ex *p. 55.* excerpſimus. *P. 64.* rurſus præſupponit pactum cum ſatana, & notas ab eo ſortiariis impreſſas, quod ipſi etiam agnoſcant judices, curantes videlicet, ut iſtæ notæ inquirantur &c. *P. 66. ſeq.* modum paciſcendi prolixe deſcribit ac conventus ad ſynagogam. Et interrogatus, unde iſta ſciat, intrepide reſpondet *p. 71.* ex infinitis eorum confeſſionibus conſtantisſimis & ſimillimis, & ex innumeris adverſus eos judiciis inſtitutis. Ut adeo plura exinde excerpere pudeat & pigeat.

(y) Recte quidem *p. 19.* ſtatum controverſiæ format: *An ſaga cum dæmone fœdus ineant?* ſed

§. LXXIV.

Anno 1579. Johannes Bodinus homo ſuperſtitioſiſſimus, & magis Judæus quam Chriſtianus (z) edidit libros IV. de magorum dæmonomania, in eo totus, ut facta Inquiſitorum defendat, potiſſimum tamen ad exempla confeſſionum talium provocans, aut ad fabellas putidiſſimas; in eo maxime capite, ubi de expreſſo pacto ſagarum cum diabolo agit, & an corpore a dæmonibus exportentur (a). Subjunxit etiam confutationem opinionum Wieri, quem ut hominem improbiſſimum, impoſtorem, exſcriptorem Steganographiæ Johannis Trithemii, & diſcipulum Cornelii Agrippæ magorum omnium Principis, traducit (b).

Bodini de magorum dæmonomania Libri IV. 1579.

ſed vide jam quomodo id probet P. 34. *Quod ſaga exiſtiment, ſe beneficio diaboli admirabilia agere, & ex pactione talia ab illo poſtulare, certum eſt.* P. 51. *Quod ſagæ Deum abjurent, & mancipia diaboli ſe futuras ſtipulentur, probatione tam non eget, quam ego egere cuperem. Eſt enim proh dolor nimis, quam opus eſt, clarum. Qui negare auderet, homo prudens nullus mihi antehac, notus fuit.* P. 52. *Omnes uno conſenſu, quocunque loco & tempore interrogentur, hoc ipſum confitentur, tametſi capitale ſibi fore prævideant.* P. 90. *Singulæ ſuos habent amaſios, ornatu, adſpectu, nomine diſtinctos, & ſtatim a contracta pactione congredi ſolent; ſicut uuiverſa, ubicunque capta fuerint, magno ſemper conſenſu aſſeverarunt.* P. 128. *Cur igitur iſta repetis, & fœdus nullum ferire cum damone intendis oſtendere. Et factum poſſibile eſt, & ſæpius quam vellem, factum eſt. Non ergo impoſſibile factum fatentur, cum ſe pepigiſſe cum diabolo fatentur.* Denique p. 145. *Neque ego aliquas inveniri negavi, quæ ſine tormentis faterentur crimen ſuum, ſed raras eſſe monui. Etenim aliquæ ſolo METU quæſtionum LIBERE ad interrogata reſpondent. Nec deſipiunt, quæ ſic faciunt. Malunt enim ſine cruciatu dicere, quæ tormentis extorqueri poſſe intelligunt.*

(z) Ut patet ex ſceleſtiſſimo ejus libello, cui titulum dedit; Heptaplomeres.

(a) *Lib. 2. cap. 4.*

(b) *Vid. p. 689. ſeq.*

(c)

§. LXXV.

Goedelmanni varia de magis & veneficis anno 1584. seqq.

Habuit anno 1584. Johannes Georgius Goedelmannus JCtus Roſtochienſis diſputationem de magis, veneficis, & Lamiis (e). Hujus occaſione anno 1587. reſponſum ab eo petiit Senatus in quadam civitate Weſtphaliæ, an ſecundum mores tum receptos pro indicio adverſus ſagas habenda ſit confeſſio & nominatio aliarum ſagarum accedente probatione per aquam frigidam, & an doctrina Bodini in proceſſu contra ſagas ſit attendenda (d). Reſpondit non ſolum Goedelmannus (e), ſed etiam hac occaſione tres libros de magis & veneficis poſtea edidit (f); in quibus Wieri & Fichardi ſententiam potiſſimum videtur eſſe ſecutus (g).

§. LXXVI.

(c) Vide Gœdelm. *Lib. 3. p. 4. & 9.*

(d) ibid. *p. 5. ſeq.*

(e) Vid. ipſum reſponſum *d. L. 3. p. 10. ſeqq.* in quo improbat iſta indicia, & de Bodini libro recte judicat *p. 38.* quod ejus libellus multis abſurdis opinionibus ſit repletus, quod latius probat *Lib. 2. p. 20. 24. 72. 73. 95. & lib. 3. p. 27. 36. 46. 99. 198.*

(f) Priores duo libri videntur continere diſputationem ante memoratam, variis tamen augmentis locupletatam. Liber tertius vero videtur confirmare reſponſum modo allegatum, de juſto modo procedendi contra ſagas. Ubi inter alia *lib. 2. p. 80. & lib. 3. p. 127.* illuſtrat ea, quæ jam ſupra de conſtit. Carolina §. 65. notavimus, quod ſcilicet eadem nec de concubitu dæmoniaco, nec de nocturnis conviviis & transmutationibus Lamiarum, interrogationes inſtitui jubeat.

(g) Nam *Lib. I. cap. 2.* concedit, magos pacta inire cum dæmone, non vero ſagas, niſi mere phantaſtica, quod latius probare intendit *lib. 2.* Liber tertius maxime commendandus, ubi perſpicue docet, proceſſum contra ſagas ab Inquiſitoribus introductum, & rectæ rationi &

Con-

§. LXXVI.

Interim, etsi post reformationem inquisitoribus ipsis non videatur esse magna potestas relicta contra sagas, etiam apud Pontificios (h); retinuerunt tamen judices seculares modum irrationabilem ab ipsis introductum: in quorum usum editum est anno 1586. Theatrum de veneficis (i), ut scil. auctor adderet animum judicibus, qui nonnihil segnius contra sagas procederent (k). Ex ipsis tractatibus, quæ hic exhibentur, constat, jam illis temporibus maximam partem Theologorum, JCtorum & Medicorum protestantium, fabulis inquisitorum fuisse infectos, & doctrinam hanc bona fide propagare intendisse (l); pauciores vero olfeciſſe quidem præcipitantiam judicum, sed tamen ultra cautelas Wieri non processisse (m).

Theatrum de veneficis 1586.

§. LXXVII.

Video etiam citari (n) bullam Sixti V. Papæ contra Astrologos.

Sixti V. bulla contra Astrologos.

I con-

Constitutioni Carolinæ aperte repugnare.

(h) Nam Protestantes, uti clero non reliquerunt processum inquisitorium contra hæreses in genere, ita nec in specie contra crimen magiæ. Quod vero, & cur Principes Catholici idem fecerint ratione magiæ, patet ex jam dictis §. *34. 45. 54. &c.*

(i) Seu fasciculus tractatuum variorum de veneficis, vel germanice scriptorum, vel in germanicam linguam translatorum.

(k) Vide Editoris epistolam nuncupatoriam.

(l) Unde & pleraque scripta ibi contenta, favent doctrinis inquisitorum.

(m) e. g. tractatus octavus *p. 202.* nonus *p. 214.* undecimus *p. 262.* &c.

(n) a Torreblanca *de magia L. I. c. 6. n. 2. p. 171.*

(o)

§. LXXV.

Goedelmanni varia de magis & veneficis anno 1584 seqq.

Habuit anno 1584. Johannes Georgius Goedelmannus JCtus Roſtochienſis diſputationem de magis, veneficis, & Lamiis (e). Hujus occaſione anno 1587. reſponſum ab eo petiit Senatus in quadam civitate Weſtphaliæ, an ſecundum mores tum receptos pro indicio adverſus ſagas habenda ſit confeſſio & nominatio aliarum ſagarum accedente probatione per aquam frigidam, & an doctrina Bodini in proceſſu contra ſagas ſit attendenda (d). Reſpondit non ſolum Goedelmannus (e), ſed etiam hac occaſione tres libros de magis & veneficis poſtea edidit (f); in quibus Wieri & Fichardi ſententiam potiſſimum videtur eſſe ſecutus (g).

§. LXXVI.

(c) Vide Gœdelm. *Lib. 3. p. 4. & 9.*

(d) ibid. *p. 5. ſeq.*

(e) Vid. ipſum reſponſum *d. L. 3. p. 10. ſeqq.* in quo improbat iſta indicia, & de Bodini libro recte judicat *p. 38.* quod ejus libellus multis abſurdis opinionibus ſit repletus, quod latius probat *Lib. 2. p. 20. 24. 72. 73. 95. & lib. 3. p. 27. 36. 46. 99. 198.*

(f) Priores duo libri videntur continere diſputationem ante memoratam, variis tamen augmentis locupletatam. Liber tertius vero videtur confirmare reſponſum modo allegatum, de juſto modo procedendi contra ſagas. Ubi inter alia *lib. 2. p. 80. & lib. 3. p. 127.* illuſtrat ea, quæ jam ſupra de conſtit. Carolina §. 65. notavimus, quod ſcilicet eadem nec de concubitu dæmoniaco, nec de nocturnis conviviis & transmutationibus Lamiarum, interrogationes inſtitui jubeat.

(g) Nam *Lib. I. cap. 2.* concedit, magos pacta inire cum dæmone, non vero ſagas, niſi mere phantaſtica, quod latius probare intendit *lib. 2.* Liber tertius maxime commendandus, ubi perſpicue docet, proceſſum contra ſagas ab Inquiſitoribus introductum, & rectæ rationi & Con-

§. LXXVI.

Interim, etſi poſt reformationem inquiſitoribus ipſis non videatur eſſe magna poteſtas relicta contra ſagas, etiam apud Pontificios (h); retinuerunt tamen judices ſeculares modum irrationabilem ab ipſis introductum: in quorum uſum editum eſt anno 1586. Theatrum de veneficis (i), ut ſcil. auctor adderet animum judicibus, qui nonnihil ſegnius contra ſagas procederent (k). Ex ipſis tractatibus, quæ hic exhibentur, conſtat, jam illis temporibus maximam partem Theologorum, JCtorum & Medicorum proteſtantium, fabulis inquiſitorum fuiſſe infectos, & doctrinam hanc bona fide propagare intendiſſe (l); pauciores vero olfeciſſe quidem præcipitantiam judicum, ſed tamen ultra cautelas Wieri non proceſſiſſe (m).

Theatrum de veneficis 1586.

§. LXXVII.

Video etiam citari (n) bullam Sixti V. Papæ contra Aſtrologos.

Sixti V. bulla contra Aſtrologos.

I con-

Conſtitutioni Carolinæ aperte repugnare.

(h) Nam Proteſtantes, uti clero non reliquerunt proceſſum inquiſitorium contra hæreſes in genere, ita nec in ſpecie contra crimen magiæ. Quod vero, & cur Principes Catholici idem fecerint ratione magiæ, patet ex jam dictis §. 34. 45. 54. &c.

(i) Seu faſciculus tractatuum variorum de veneficis, vel germanice ſcriptorum, vel in germanicam linguam translatorum.

(k) Vide Editoris epiſtolam nuncupatoriam.

(l) Unde & pleraque ſcripta ibi contenta, favent doctrinis inquiſitorum.

(m) e. g. tractatus octavus *p.* 202. nonus *p.* 214. undecimus *p.* 262. &c.

(n) a Torreblanca *de magia L. I. c. 6. n. 2. p.* 171.

(o)

contra Aſtrologos, haud dubie circa illa tempora editam (o); ſed quam videre mihi non licuit.

§. LXXVIII.

Petri Binsfeldii de confeſſionibus ſagarum tractatus 1591.

Anno 1591. Petrus Binsfeldius, ſuffraganeus Trevirenſis edidit tractatum de confeſſionibus Maleficorum & ſagarum, an & quanta fides iis adhibenda ſit. Ubi methodo antiqua procedit, & aliorum dicta & fabulas inquiſitorum repetit (p).

§. LXXIX.

Nicolai Remigii de daemonolatria Libri tres 1594.

Majori tamen cum applauſu excepti ſunt Nicolai Remigii (q) libri tres dæmonolatriæ (r), anno 1594. publicati; quamvis methodo plane ſimplici procedant & ad perſuadendum homines, præjudicio auctoritatis non plane immerſos, omnium minime videantur apti eſſe, cum totus liber non niſi confeſſionibus ſagarum & exemplis inde deſumtis repletus ſit (s).

§. LXXX.

(o) Torreblanca citat quidem bullam de anno 1591. ſed eo tempore Sixtus V. jam erat mortuus. Ipſe enim ſedi præfuit ab anno 1585. ad annum 1589.

(p) Ex dedicatione autoris & querelis ibi prolatis apparet, quod tum adhuc non pauci fuerint viri cordati, qui proceſſui illi inquiſitorio reſiſterent.

(q) Conſiliarii Lotharingici & in judiciis capitalibus cognitoris publici.

(r) Nam ſtatim anno 1596. in Germania rurſus ſunt editi, & anno 1598. in linguam germanicam translati.

(s) Statim titulus jucunde delirat: *N. Remigii Daemonolatria libri tres, ex judiciis capitalibus 900. plus minus hominum, qui ſortilegii crimen intra annos 15. in Lotharingia capite luerunt, miris ac jucundis narrationibus, variarum naturalium quaſtionum ac myſteriorum daemoniacorum diſcuſſionibus, valde ſuaves & grati, adque ſales movendos imprimis apti.* Ipſe autor ſtatim in præfatione profitetur, quod

§. LXXX.

Quamvis autem facile appareat, similitudinem confessionum a sagis, vel per torturam vel ejus metu extortarum, argumentum nullius momenti præbere pro asserenda earum veritate (t); imposuit tamen idem argumentum Danieli Mollero, JCto Saxo-

Danielis Molleri commentarius ad Constitutiones Electoris Augusti 1599.

quod dubiam fidem de sagis & earum operibus per certam demonstrationem & ab experientia desumtam, & quidem appositis loco, tempore & personis, (quasi nimirum saltem dubium hactenus fuerit, an confessiones tales a sagis fuerint editæ, non vero, an confessiones, quæ editæ fuerunt, fidem mereantur:) stabilire velit; quod & in toto tractatu fecit. Porro ipse autor, ut homo valde credulus, confessiones quasvis absurdissimas pro absurdis non habuit, exceptis illis, quod diabolus possit homines in bestias mutare, & liberos generare, (congressum tamen libidinosum concedit,) & quod animæ ex corporibus ad tempus excedant, & rursus in illa redeant, &c.

(t) Partim propter suggestionem judicum, quæ uti hodienum, etiam in summariis quæ dicuntur depositionibus delinquentium sunt satis frequentes; ita nullum est dubium, quin & eo tempore, sagis summariter examinatis, tales suggestiones factæ fuerint. Unde vir optimus, qui testatur, se per plures annos ut Assessorem Scabinatus Lipsiensis plurima acta de crimine magiæ perlegisse, fuit deceptus, dum putavit, sagas illas ejusmodi depositiones sibi similes absque talibus suggestionibus fecisse. Non enim solent scabini Lipsienses examini judiciali præsentes esse. Sed fac etiam, quasdam sagas sponte, id est absque suggestione, talia fuisse confessas; sufficit, quod fabulæ illæ tum in vulgus notæ fuerint, adeoque sagæ etiam generaliter admonitæ, sie solten die Wahrheit sagen / damit mann nicht nöthig hätte / dieselbe durch andere Mittel aus ihnen zu bringen / metu torturæ facile potuerunt res etiam absur-

Saxonico, ut circa finem ſeculi XVIti (u), eo fere ſolo inductus, propagaret doctrinam de pacto & concubitu diaboli cum ſagis (w): cujus adeo autoritatem ſecuti ſunt poſtea etiam collegia JCtorum Saxonicorum, & alia (x)

§. LXXXI.

Martini Del Rio diſquiſitiones Magicæ 1599.

Anno 1599. Martinus DelRio Jeſuita edidit diſquiſitionum Magicarum libros ſex, in quibus, tanquam vir infinitæ lectionis, omnes fabulas (y) collegit, & more ſcholaſtico diſputans, eo majori cum ſucceſſu pondus addidit perſuaſioni, de pacto dæmonum cum ſagis, & fide confeſſionibus ſagarum adhibenda, quod, obſervans jam ex Reformatis & Lutheranis aliquot ſcriptores ejusmodi fabulas admiſiſſe, eos in ſubſidium citet (z). Unde & poſtea majori cum imprudentia pene omnes JCti proteſtantes hunc autorem tantum non exſcribere ſolent (a): non conſiderantes, quod DelRio calumnioſiſſime multiplicationem & frequentiam criminis Ma-

ſardiſſimas commemorare, quas antea in conventibus omnibus hominum plebejorum, de aliis ſagis narrari audiverant.

(u) Nam, ut ex privilegio Electorali operi præmiſſo conſtat, prima editio commentarii prodiit anno 1599.

(w) *Vide comment. ad d. Part. IV. conſtit. 2. n. 8. & 19.*

(x) Ipſius enim commentaria usque ad tempora Carpzovii, tam intra quam extra Saxoniam in hac quidem materia ab aliis ſcriptoribus citari ſolent, vide e. g. ſtatim §. *ſeq. Lit. z.*

(y) Ex ſcriptis philoſophorum & pœtarum gentilium, Patrum Eccleſiæ, Inquiſitorum, &c.

(z) Vide *Lib. 5. ſect. 16.* ubi *p. 760.* citat Danæum, Eraſtum, alios, & *p. 762.* Danielem Mollerum.

(a) Cum in hoc opere omnia col-

magiæ Calviniſmo, ut ait, & Lutheraniſmo adſcribat(b), ac Lutherum & Lutheranos ac Reformatos cum impudentia & virulentia maxima traducat (c).

L. LXXXII.

Maximum autem pondus perſuaſioni illi de pactis ſagarum, potiſſimum apud Reformatos addidit initio Sec. XVII.(d), quod Jacobus Magnæ Britan-

Jacobi Regis Anglia demonologia, initio Sec. XVII.

collecta deprehenderent, quæ ab aliis antea ſeorſim eſſent tradita.

(b) Statim *in præfatione circa finem*

(c) Ut *Lib. 3. Part. 1. qu. 4. ſect. 5. p. 405. lit. c.* quod magi Luthero & Zwinglio hoſpitium paraverint, & quod Calviniani ſint veri anteambulones Antichriſti, & *ibid. q. 8. ſect. 4 p. 428. ſeq.* quod atheiſmus ex Calviniſmi radice propullulet, ac idcirco tot paſſim maleficorum examina multiplicentur; quoddæmon Wittebergenſis Lutherum in ſummas auguſtias & alvi profluvium adegerit; quod dæmon ex ore cujusdam obſeſſæ Calvinianos irriſerit, nihil ſibi ab illis timendum clamans, quoniam amici eſſent & fœderati; quod eo tempore, quo Lutherus obierit, in Brabantia dæmones ab obſeſſis ad Lutheri funus avolaverint, &c. Plura vide *in indicibus ſub voce Lutherus & Calvinus.* Conf. & *Lib. 5. Sect. 16. p. 772.* Accedit & aſtutia qua uſus eſt DelRio, dum paſſim ſimulat, quaſi ſtudio veritatis ſubinde diſputet contra aſſertiones quasdam ſcriptorum pontificiorum, in quæſtionibus ad magiæ crimen pertinentibus. Et hæc ratio genuina eſt, cur tot vicibus hæ diſquiſitiones DelRii iterum impreſſæ fuerint; non, ut vult Baylius *dans la reponſe aux queſtions d' un Provincial Tom. 1. c. 16. p.* 111. quod id ideo factum ſit, quia nil magis aptum ſit ad excuſandam incredulitatem, quam ſi proferantur exempla nimiæ credulitatis, quibus repletæ ſint hæ diſquiſitiones. (Etſi hæc ultima aſſertio vera ſit.)

(d) Nam anno 1606. Hermannus Germbergius in latinam Lingvam id opuſculum tranſtulit. (e)

tanniæ Rex, edita Anglico sermone Dæmonologia, fabulas istas defendere aggressus fuerit. Et non potuit non præjudicium auctoritatis regiæ valde nocere veritati, imprimis illo tempore, ubi ipsi eruditi famigeratissimi Jacobo certatim adulabantur (e). Quanti vero sit pretii hæc Dæmonologia, patebit ex paucis excerptis, quæ subjiciemus (f).

§. LXXXIII.

(e) Prædicantes eum ut sapientissimum, & Salomoni comparandum. Nam post mortem Regis, ut fieri solet, mitius de ejus eruditione sentiebant, & hodienum sentiunt cordatiores. Vid. Larreus *Hist. Anglic. sub Jacobo I p. 640. seq.*

(f) In præfat. *p. 8.* dicit, se ex conscientia, (quæ etiam erronea esse potest) libellum hunc edidisse. *P. 9.* meminit Angli cujusdam, nomine Scoti, qui incantationem possibilem esse negaverit, quem propterea Sadducæum vocat; item Wieri, quem dicit, ex metu, ne puniretur, in scripto suo declarasse, quod sit professionis illius. (Sensui communi hæc locutio repugnat, quod aliquis se magum declaret ex metu, ne puniatur.) *P. 13.* ad Bodini Dæmonomaniam provocat, addens tamen, eam studio majori collectam, quam judicio conscriptam fuisse. Provocat etiam ad Theologos Germanos, Hyperium, & Hemmingium, qui pro ejus stent sententia. *Lib. 1. C. 1. §. 16.* potissimum fundamentum scripti sui ponit in confessionibus sagarum. *P. 17.* contra dissentientes urget canonem. contra negantem principia non esse disputandum; (adeoque fabulas de magis, ut principia demonstrationis non indigentia præsupponit) atque iterum experientiam quotidianam, & sagarum confessiones urget *C. 5. p. 47.* libros, dubitationes contra illam persvasionem proponentes, vocat diaboli scholam. *C. 6. p. 52. seq.* de contractu diaboli cum sagis, ejusque circumstantiis, tanquam si legislatorem ageret, secure pronuntiat, & loco probationis *p. 62.* dubitantes ad varias historias, eas-

§. LXXXIII.

Anno 1613. Franciſcus Torreblanca, JCtus Hiſpanus, quatuor libros de magia edidit, poſtea Lugduni 1678. iterum impreſſos; quibus etiam ſtrenue utuntur judices & advocati in quæſtionibus de ſagis

Franc. Torreblanca de magia 1613.

easque authenticas, (ſcilicet) ab aliis autoribus relatas, ablegat. *Lib. 2. C. 3. p. 91.* iterum ad confeſſiones provocat, quod diabolus cum ſagis templum ingrediatur, ſuggeſtum occupet, & quod ſagæ in adoratione diaboli ejus poſteriora oſculentur. Addit *p. 92.* etſi hoc ridiculum videri poſſet, credibile tamen eſſe, vere factum fuiſſe, cum legamus, in Calecuthia diabolum ſub forma hirci comparere, & juramentum fidelitatis a populo illo exigere. *Lib. 2. C. 4. p. 99.* tamen dicit, eſſe incredibile, quod Diabolus corpora ſagarum comprimere poſſit, ut per ſpatia locorum arcta penetrare poſſint; quia hoc non minus quam tranſſubſtantiatio Pontificia, quantitati corporis naturalis adverſetur. *C. 5. p. 104. ſeq.* in cauſas inquirit, cur plures mulieres quam viri arti huic addictæ ſint. *C. 6. p. 121.* adſerit, ſagas majori poteſtate præditas eſſe adverſus Magiſtratus negligentes, quam adverſus eos, qui ſevere in eas inquirunt, ac eas torquent ac puniunt ſecundum legem Dei. *C. 7. p. 127. ſeq.* docet, ſpectra & larvas magis abundaſſe in Papatu, ſed hæc ceſſaſſe poſt reformationem. Contra poteſtatem ſagarum diabolicam magis invaluiſſe poſt reformationem, quod experientia in Hibernia teſtetur. Poſterius negantes, iterum vocat Sadducæos, iisque imputat, acſi ſimul tacite negent ipſius Dei omnipotentiam. *Lib. 3. C. 3. p. 155. ſeq.* confirmare vult perſvaſionem de incubis & ſuccubis & cauſas enarrat, cur ſpiritus iſti potius in ſeptentrionalibus, Barbariciſque mundi partibus, ſcil. in Lapponia, Finlandia, Orcnania, Scotia, quam in aliis mundi regionibus, verſentur. *C. 6. p. 185.* dicit, vel ideo denunciationes ſagarum per alias ſagas pro validis haben.

ſagis: etſi & hic nil niſi fabulas inquiſitorum fundamenti loco ponat (g).

§. LXXXIV.

Carpzovii doctrina de ſagarum pactis & concubitu cum dæmone circa medium Sec. XVII.

Denique cum Benedictus Carpzovius, JCtus alias de univerſa Jurisprudentia, Saxonica præcipue, immortaliter meritus, circa medium Sec. XVII. partim doctrinas inquiſitorum ſæpius memoratas defendere multis rationibus alloboraverit (h), partim ſententias Scabinorum Lipſienſium ab anno 1582. ad annum 1622. recenſuerit (i), in quibus referuntur confeſſiones ſagarum de rebus rationem omnem & fidem ſuperantibus, ſed tamen, ac ſi veræ

bendas, quia verſemur in negotio proditionis ſummæ adverſus Principem Principum i. e. Deum (adeoque in crimine excepto) &c.

(g) Ut ex ungue leonem noſcas, *Lib. 2. c. 6. n. 4. ſeq. p. 172.* cum allegatis legum & doctorum probat, contractum diaboli cum ſagis eſſe contractum innominatum, do ut facias, ex quo naſcatur actio præſcriptis verbis, diabolo quidem adverſus hominem, (mirum, quod non etiam fabulas excogitaverint de actionibus his ſecundum formulas pragmaticorum a diabolo adverſus ſagas inſtitutis,) non tamen adverſus dæmonem. Etſi enim ultro citroque obligationem producant, in dæmonem tamen non cadere poſſe obligationem neque civilem neque naturalem, quia non ſit pura creatura anima & corpore conſtans; neque hominem habere juſtam cauſam ea de re conquerendi, quia contrahens non debeat eſſe ignarus conditionis ejus cum quo contrahit &c. Quis non miſereatur ineptiarum.

(h) In *Practica rerum criminalium qu. 48 49. 50.*

(i) Quæ ſubjuncta ſunt *d. qu. 50.*

(k)

ræ eſſent, a judicibus acceptis: ad ejus autoritatem & ad illas ſententias poſtea unanimiter provocarunt JCti pariter & Theologi Proteſtantes. Ut adeo non opus ſit, ut in horum ſententiis ulterius recenſendis ſimus prolixiores.

§. LXXXV.

Sed voluit tamen divina providentia, ut excoecantibus ſe ipſos in media Evangelii luce eruditis Evangelicis, ex mediis Papatus tenebris ſurgerent, qui errorem illum jam communem & univerſalem iterum deſtruere aggrederentur. Anno enim 1653. Gabriel Naudæus edidit idiomate Gallico Apologiam pro viris magnis falſo magiæ accuſatis (k), librum eruditum, & ſtudioſis veritatis imprimis commendandum (l); etſi & hic glaciem ſaltem fregerit,

Gabr. Naudæi apologia pro viris magnis falſo magiæ accuſatis 1653.

K &

(k) Puta Zoroaſtre, Orpheo, Pythagora, Numa Pompilio, Democrito, Empedocle, Apollonio, Alchindo, Geber, Artephio, Thebir, Anſelmo de Parma, Raymundo Lullio, Arnoldo de Villa Nova, Petro de Apono, Paracelſo, Henrico Cornelio Agrippa, Savanarola, Noſtradamo, Divo Thoma, Rogerio Bacone, Thoma Burgeio, Michaele Scoto, Johanne Pico Mirandulano, Trithemio, Roberto Lincolnenſi, Alberto Magno; Papis, Sylveſtro II. Gregorio VII. &c. Joſepho, Salomone, ſapientibus ex oriente, Virgilio &c.

(l) Inprimis quod *C. 3--7.* agat de cauſis variis, ob quas multi pro magis falſo fuerint habiti, v. g. quod ipſi talem famam affectaverint, item ob ſingularem eruditionem, imprimis ſtudia Mathematica; ob libros magicos illis falſo adſcriptos, ob odia, ignorantiam, credulitatem aliorum, ob ſcriptores Romancios, ob fabulas Nideri, Sprengeri, Inſtitoris, Bodini, & ſimilium. Item, quod *c. 22. & ult.* recenſeat cauſas, quibus talia men-

& multa reliquerit addenda & emendanda aliis (m).

§. LXXXVI.

Autor cautionis criminalis de processibus contra sagas.

Propius tamen ad scopum nostrum accessit Autor cautionis criminalis de processibus contra sagas (n); quem, etsi nomen suum non apposuerit, fuisse tamen Patrem Fridericum Spee Jesuitam, indicavit Illustr. Leibnitius (o): hic enim summam iniquitatem processus inquisitorii contra sagas ita ad oculum demonstravit, ut merito ruborem excutere debeat defensoribus hujus processus inter Evangelicos.

§. LXXXVII.

Alia quadam scripta huc pertinentia.

Pertinet etiam huc meditatio Richardi Simonis super sententia condemnatoria in processu inquisitorio contra sagas a Consilio Regio Parisiensi annul-

---

mendacia per aliquot secula pro veris fuerint habita; nempe scriptorum credulitatem, indigentiam, superbiam, polymathiam, &c. Vellicat equidem, pro more suo Gisbertus Voctius *Parte tertia disput. select. p.* 613. Naudæi hoc scriptum, variis modis; sed vellicat saltem.

(m) Inprimis circa ortum & causas fabularum harum.

(n) Qui jam anno 1642. prodiit, & anno 1648. ab Hermanno Schmidio in linguam germanicam est translatus.

(o) Ex cujus relatione Placcius Theatro anonymorum veri autoris nomen inseruit. Coufer ejusdem Illustr. Viri tractatum anno 1710. gallico idiomate conscriptum *sur la Bonte de dieu & la liberte de l' homme part. 1. p. 215. seq.*

nullata (p); & ſcriptum ſatyricum, ante biennium Amſtelodami editum (q).

§. LXXXIIX.

Unde ſperandum eſt, perſuaſionem illam communem de ſagis tandem aliquando iterum interituram eſſe (r); ut adeo non opus ſit, ut multa admoneamus de primariis erroribus, ex quibus hæc perſuaſio orta fuit, & quomodo unus error alterum generaverit, item de impedimentis, cur primi adverſarii illorum errorum, ut Wierus &c. non multum potuerint proficere. Quamvis etiam ex hactenus ſparſim quoad hiſtoriam horum errorum dictis, a *Concluſio.*

(p) *Tomo 2. Bibliotheca Critica v. 6. p. 114. ſeq.* cujus rubrica eſt: *Reflexions ſur un Arrêt du Conſeil, qui caſſe un Arrêt du Parlement de Rouen contre quelques perſonnes condamnées à mort comme Sorciers. Diverſes remarques ſur les Livres, qui traittent de magie & de Cabbale.*

(q) *L' Hiſtoire des imaginations extravagantes de Monſ. Ouſle, cauſées par la lecture des Livres, qui traittent de la Magie, des Sorciers, Loups-garoux, Incubes, Succubes, & du Sabbat &c.* Ubi abſurdiſſima quæque ex defenſoribus proceſſus contra ſagas & ſimilium nugarum excerpta ſunt.

(r) Nam plus nocent ejusmodi perſuaſionibus aperte inſulſis ſcripta ſatyrica, quam refutationes ſeriæ. Ita v. g. Eraſmi Colloquia & encomium Moriæ plus nocuerunt ſuperſtitionibus monachalibus & erroribus Academicis, quam diſputationes maxime ſeriæ primorum Reformatorum. Adde, quod Illuſtr. Leibnitius notaverit *loco modo lit. o citato p. 217.* quod Friderici Spee cautio criminalis jam effecerit; ut non ſolum ab Electore Moguntino, ſed & a Ducibus Brunſuicenſibus, & a plurimis aliis Principibus Germa-

lectoribus judicio pollentibus facile tales obſervationes in ordinem redigi poſſint, & nonnulla etiam hic ſuppeditet Naudæus (s).

maniæ, illâ iniquitas proceſſus inquiſitorii contra ſagas fuerit abrogata.

(s) *d. tract. 6. 3. 4. 5. 6. 7. & 11.*

FINIS.